

7518;

FROM
THE LIBRARY
OF
SIR WILLIAM OSLER, BART.
OXFORD



~~NN.3.10.~~
(vol. I)
NA.3.

BASSET (GILLES).

7518. In Latin, on paper: written in 1743 by J. B. Buron: 9×6¾ and 8¾×6¾ in., iv + 220 + 356 and ii + 700 pages: in contemporary leather bindings with gilt stamps on backs.

'Phisica Data ab ægidio Basset celeberrimo professore in harcurio et scripta a Joanne Baptista Buron in eadem scola auditore anno Domini 1743'; 2 vols. containing lectures on (i) 'Phisica Generalis' and moral philosophy, and (ii) 'Phisica Particularis' (astronomy, physics, anatomy and physiology). There are many illustrations, MS. and engraved. The plates have a Paris imprint, and include title-borders, diagrams, and portraits of saints, philosophers &c. These, and a printed table, appear to have been specially prepared for this course.

Lot 2630 in some catalogue.

The lecturer was probably the Gilles Basset Des Rosiers who is credited with two anon. essays on comets, 1742 and (posthumous, by 'M. D. R.') 1747, in the Bibl. Nationale. The Collège d'Harcourt, now Lycée Saint-Louis, was founded in Paris in 1280.

7518

Paris chez Vallet Graveur du Roy rue S. Jacques, au Buste de Loüis 14.



Physica Generalis

Phisica
Pars quinta Philosophiæ

Sicut Metaphisica in Entibus insensibilibus et Spiritualibus contemplandis versatur, sic phisica circa hisia sensibilia et corporea tota occupatur: illa solis ideis et perceptionibus innixa quidquid sensibile sit respuit; hæc ita ideis et perceptionibus utitur, ut sæpe etiam in auxilium vocet ministerium sensuum, quo quasi attentione et reflectione deduxit conclusiones, lasphæno menis et experimentis astruat atque confirmet.

Itaque cum la philosophiæ pars, de qua deinceps acturi sumus, universam mundi aspectabilis compagem suo ambitu complectatur, patet illam argumenti dignitate et fæconditate hæc jucundissimam atque utilissimam; sed quam plurimis obsidetur difficultatibus, tum propter infinitam rerum, quæ in la tractantur, varietatem; tum propter innumeras lasque discrepantes phorum sententias: mirum enim sit quanta sit in rebus phisicis recensiorum et veterum discordia. Sit in omnibus phis quidquid faciet ad rem et nostri erit instituti, illud la brevitate perstringere conabimur, ut nec claritati noceatur, nec rerum copiæ quidquam detrahatur.

Quid sit Phisica

Phisica nomen suum habet a verbo græco fucis, quod significat naturam. Hinc a veteribus apellabatur phia naturalis; apud enim ipsos triplex fuit phia, nimirum dialectica, moralis et naturalis: nomine autem phiæ natu ralis intelligebant eam phiæ partem, quæ versatur circa

naturam sensibilem, quamquam vox ista, natura multi
plicem patitur sensum. enim vero natura 1.° Sumitur ali
quando pro ipso Deo authore omnium rerum, ut cum dicitur
natura non deficit in necessariis, et tunc vocatur natura
naturans. 2.° Sumitur pro universa rerum corporearum com
page, quo sensu Deus dicitur author naturae, et tunc appellatur
natura naturata.
3.° Sumitur pro principio aliquo quod omnibus et singulis
corporibus inesse putant, quodque a peripateticis definitur
principium activum et passivum motus et quietis ejus in
quo est 1.° per se et non per accidens, hoc sensu intelligendum
est istud adagium, Deus et natura nihil facium frustra.
4.° Natura sumitur pro essentia ut in ista propositione,
homo capax est ex natura sua cognitionis et amoris. 5.° Sumi
tur etiam pro temperamento, hoc sensu ex hominibus
alii dicuntur naturaliter iracundi, alii timidi alii auda
ces alii pigri. nos autem nomine naturae intelligimus
universam rerum corporearum compagem.
Phisica definiri debet ars occupata circa corpus natu
rale quatenus naturale; quam quidem definitionem
legitimam esse probant subjectae conclusiones.

Conclusio 1.a

Phisica est scientia.
Probatur nam ista disciplina est scientia quae est
facilitas evidenter judicandi de entibus ut se habent in
ordine ad se: atqui phisica est ejusmodi. nam disciplina
quae ex principiis evidentibus tenet conclusiones pphice
certas, est facilitas evidenter judicandi de entibus ut in se
sunt: atqui talis est phisica, v.g. ex hoc evidenti principio

quid quid habet partes substantiales illud hic divisibile rite deducitur haec conclusio. ergo corpora quaevis sunt divisibilia proinde ergo &c.

attamen si physica spectetur in homine valde est imperfecta et secundum plurimas sui partes non scientiae sed opinionis duntaxat meretur nomen, 1.º quia quam plurima hominem physicum fugiunt et latent omnino; quis enim nisi naturae author dicat quaenam sit 1.ª veluti rerum stamina, quis contextus et series partium ex quibus corpora sensibilia concrescunt; 2.º quia in assignandis plurimorum corporum proprietatibus non evidenti sed probabili duntaxat motivo ducitur physicus.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.º illa disciplina non debet dici scientia, quae nititur testimonio sensuum: atqui talis est physica; ergo &c.

Dis. maj. quae nititur sensuum testimonio tanquam motivo con. maj. tanquam causa occasionali nego maj. atq. &c. dis. pariter minore nego consequentiam.

Ins. atq. physica nititur testimonio sensuum tanquam motivo; nam in physicus sit certus de veritate effectuum naturalium, v. g. de Eclipsi lunae, suis utitur sensibus; ergo &c.

Nego subsumptum, ad cujus probationem dis. Ant. suis utitur sensibus ut sit certus quoad existentiam con. antecedens quoad rationem propter quam effectus contingunt nego Ant.

itaque in physicus sit certus de veritate effectuum naturalium quoad existentiam relatione sensuum utitur v. g. in certo scion utrum actu et de facto luna patiatur Eclipsim sensibus utitur; ad idem enim de legendum nulla alia suppetit

illi via naturalis praeter relationem sensuum, sed ratio propter quam luna debet eclipsim pati, cum inter illam et solem terra interjacet non sensibus habetur sed ex idea et perceptione qua nobis compertum est corpus opacum dum ante lucidum penitus obstare debere ne corporis lucidi lumen longius diffundatur

Obj 2° illa disciplina scientia dici non debet, cujus objectum certo cognosci non potest: atq. tale est objectum phisicae. nam quod mutationi et corruptioni est obnoxium, illud certo cognosci non potest: atq. corpus naturale, objectum phisicae est corruptioni et mutationi obnoxium, ergo &c

Nego minorem ad cujus probationem dis. maj. quod mutationi et corruptioni est obnoxium quoad existentiam con maj. quoad existentiam tantum nego maj. atq. &c dis. pariter min. nego consequentiam.

Itaque corpora naturalia corruptioni et mutationi sunt obnoxia quoad existentiam nam hodie oriuntur et corpereum ac vero illorum essentiae sunt necessariae et immutabiles; v.g. quantum vis corpus mutetur quoad existentiam semper concipitur capax formarum phisicarum nimirum motus quietis divisibilitatis et figurabilitatis. adde quod corpora saltem universim possunt etiam certo cognosci quoad existentiam; demonstravimus enim infra nos posse fieri philosophice certos de existentia corporum.

Conclusio 2ª

Phisica est ars.

Pro. nam phisica est scientia, ut constat ex superiori conclusione: atqui ex eo quod sit scientia, sequitur ipsam

hæc quoque artem; nam quadruplex est tantum scientiæ species, nimirum intelligentia, sapientia, prudentia et ars: atqui physica nec intelligentia nec sapientia, nec prudentia dici potest. 1°. quidem non est intelligentia, quia non est prompta et expedita facilitas cognoscendi hæc in se sum et ex sola terminorum expositione. 2°. non est sapientia, quia sapientia est facilitas cognoscendi ensia universalissima per principia universalia: porro talis non est physica, quando quidem versatur circa corpus naturale quod non est ens universalissimum, sed potius species infima. 3°. denique non est prudentia, quoniam non occupatur circa mores dirigendos; ergo restat ut sit ars.

Solvuntur objectiones

Obj. ista disciplina non est ars cujus objectum non est operabile mediante ipsa: atqui tale est objectum physicæ, nam objectum physicæ est corpus naturale: atq. corpus naturale non est producibile mediante physica, alioquin possent a nobis produci corpora.

Ego minorem utriusque syllogismi. quod enim fuit productum mediantibus physicæ legibus, illud est operabile mediante physica: atq. corpora naturalia producta fuerunt mediantibus physicæ legibus, nimirum mediantibus legibus motuum ut ex dicendis intelligetur; ergo &c.

Ego autem id quod additur in confirmatione posterioris minoris: quemadmodum enim homo podagra laborans aut carens pedibus saltare non posset, quamvis artis saltatoriæ regulas apprime calleret, ita, ut corpora possent a nobis produci, satis non est cognoscere leges secundum quas

producuntur, sed praeterea requiretur ut ipsa producendi facultatem habeamus: porro impossibilis est in substantia creata ipsa facultas quia arguit potentiam producendi materiam et motum, quae a solo deo produci possunt.

Conclusio 3a.

Corpus naturale est objectum materiale physicae.

Pro. nam illud est objectum alicujus disciplinae, quod propter se in ipsa consideratur, et ad quod referuntur caetera quae tractantur in hac disciplina: atq. tale est corpus naturale; 1o. quidem corpus naturale per se consideratur in physica, ut constare debet ex eo quod physica tota sit in investigandis naturae principiis, proprietatibus et speciebus corporis naturalis. 2o. quaecunque tractantur in physica referuntur ad corpus naturale, ut patet ex eo quod sublato corpore naturali, caetera nullatenus considerentur in physica; ergo &c.

Conclusio 4a.

Quatenus naturale dici debet objectum formale physicae.

Pro. nam objectum formale alicujus scientiae est specialis ratio sub qua considerat suum objectum materiale atq. objectum naturale seu naturalitas est specialis ratio sub qua physica consideratur suum objectum materiale, si quidem nulla est scientia praeter physicam quae versetur circa corpus naturale sub eo respectu; ergo &c.

Conclusio 5a.

Corpus naturale quatenus naturale est objectum physicae adequatum.

Pro. nam illud est objectum adequatum alicujus disciplinae, quod constat ex ejus objecto materiali et formali.

atq. ita se habet corpus naturale quatenus naturale hoc &c.
Et certe ipsum est objectum adequatum phisicae, quod habet conditiones ad totalitatem homo requisitas, nempe commensurationem relationem et distinctionem: atq. tale est corpus naturale quatenus naturale; habet commensurationem, quia nec strictius nec latius patet quam phisica; relationem et distinctionem, ut patet ex modo dictis de objecto materiali et formali; hoc &c.

Corpus autem naturale quatenus naturale est totum constans ex materia et forma naturaliter unitis, id est, hoc nomine intelligitur totum quoddam constans ex materia certaque modificationum congerie prout totum hoc secundum certas leges ordinarias fuit compactum et ordinatum. Solvuntur objectiones

Objicies 1.° homo est de objecto materiali phisice: atq. homo non debet dici corpus naturale; hoc &c.

1.° Nego maj. quemadmodum enim homo non est de objecto materiali metaphisicae, sed sola ipsius anima, sic homo non est de objecto materiali phisicae, sed solum ejus corpus.

2.° potest subdistingui major. homo ratione sui corporis est de objecto phisicae con. maj. ratione sui totius nego maj. itaque homo est de objecto phisicae respectu corporis organici ex quo tanquam ex parte phisica componitur. nam ratione sui corporis capax est formarum phisicarum, nimirum figurabilitatis divisibilitatis &c. ipsas autem formas ratione animae suscipere non potest.

Ms. atq. anima rationalis est etiam de objecto phisicae.
nam illud est de objecto materiali phisicae quod in ipsa con
sideratur: atqui in phisica de functionibus animae tractatur
ergo &c.
Dis. maj. illud est de objecto phisicae quod in ipsa consideratur
primario et per se con. maj. secundario et per accidens nego
maj. itaque sit de quibusdam animae rationalis functi
onibus agatur in phisica particulari, id fit per accidens respectu
phisicae. id circo enim ejusmodi functiones considerantur
in phisica, quia propter earum dependentiam ab organis
corporeis variisque motibus non potuerunt sufficienter
explicare in metaphisica cum tunc illorum organorum
nudum haberetur notitia.
Obj. 2°. tam corpus figurabile ut figurabile debet assig
nari pro objecto phisicae, quam corpus naturale ut natu
rale; ergo &c.
Neque antecedens nam objectum alicujus disciplinae ade
quatum nec strictius nec latius patere debet, quam illa
disciplina: atqui corpus figurabile ut figurabile strictius
patet quam phisica; sunt enim aliae rationes aliique
respectus sub quibus corpus spectatur a phisica, nimirum
quatenus est capax motus, quietis, divisibilitatis &c. illae
autem rationes non continentur sub figurabilitate.
porro quando exprimitur objectum adequatum alicujus
disciplinae, debet afferri ratio generalis, quae caeteras omn
es rationes sub se contineat, sicque illarum fons et
origo.

An sit Phisica

Quæritur sub hoc titulo utrum existentia phisicæ probari possit contra Pirronios quæ quæstio sit solvatur sic.

Conclusio

Existit phisica

Probatur nam phisica est ars occupata circa corpus naturale quatenus naturale, ita ut illius essentiam, causas et proprietates quam plurimas cognoscat evidenter: atqui existit ars sic occupata, ut patebit ex infra dicendis; ergo &c.

Et certe ideo negant pirronii ullam existere phisicam, quia contendunt nos non esse certos de existentia corporum: atqui hæc ratio falsa est et nulla; 1º falsa, quia demonstratur existentia corporum; 2º nulla, quia ad existentiam scientiæ generatim non requiritur existentia illius objecti: nam ut detur scientia de aliquo objecto satis est quod illius objecti essentiæ et proprietates saltem non nullæ evidenter cognoscantur: atqui ad id necessaria non est objecti existentia, sed sufficit si illud objectum sit possibile, v.g. etiam si nullus existeret circulus, attamen essentiæ et proprietates circuli cognoscerentur; ergo &c.

Dices Ecclesiastes c. 8. v. 17 sic habetur, intellexi quod omnium operum dei nullam possit homo invenire rationem eorum quæ fiunt sub sole, et quanto plus laboraverit ad querendum, tanto minus inveniat; ergo &c.

Dis. Antecedens nullam possit homo invenire rationem

horum quae fuerint sub sole quoad proxima illorum principia et modum quo primario gignuntur et producuntur con. Ant. quoad proprietates et affectiones plurimas nego Ant.

Itaque jam concessimus phisicam in homine hac valde imperfectam, si spectetur integraliter: multa enim ignorat phisicus, nec dicere potest quis ordo debeat hic partium et contextus, v. g. in malo ut a Pipo qualitatibus discrepet; quae nam partium dispositio et configuratio in rosa ut cucurbitae a Lilio quave ratione haec et alia omnia praesertimque corpora animata producantur; attamen generatim essentia et proprietates corporum nobis evidenter innotescunt: sine modo phisicus ignorat quodlibet corpus naturale constare plurimis partibusque substantiae sum; hincque fieri capax formarum phisicarum figurabilitatis divisibilitatis &c.

Cur sit phisica

Quaeritur ibi quae nam sint principia phisicae. principia autem triplicis distinguuntur generis ut diximus in metaphisica principia cognitionis productiones et compositionis.

Quod attinet ad principia cognitionis ipsius phisicae, dico 1.o evidentiam hic 1.um cognitionis phisicae principium movens, quia generatim sit 1.um principium cujuslibet cognitionis philosophicae. dico 2.o varias propositiones aut per se evidentes aut rite probatas hic principia cognitionis probantia respectu phisicae: has autem

propositiones non simul sed prout opus erit afferemus.
Quod attinet ad principia productionis physicae, dico 1°.
Causam finalem proximam physicae hic cognitionem
certam corporum naturalium, quia primario physica
sibi proponit adipiscendam cognitionem rerum
naturalium et physicarum, cum omnis habitus pri
mario et proxime referatur ad proprios actus. dico 2°. Cau
sam finalem remotam hic gloriam Dei; ad Deum
enim ut finem ultimum omnia referri debent
Dico 3°. Causas exemplares physicae habitualis hic ideas divinas,
quia solus Deus potest in nobis habitus producere, sicut osten
dimus in morali. Causas vero exemplares physicae actua
lis hic ideas mentibus nostris impressas.
Dico denique causam efficientem 1am physicae actualis
Deum esse, qui illam protoparentibus liberaliter infudit:
Causam autem efficientem 2am hic quemlibet hominem,
qui studio et labore eam consequitur. tales fuerunt olim
Democritus, Epicurus, Lucretius qui carminibus plantas Epicuri
et democriti memoriae consecravit. talis fuit Plato, Aristoteles
et superiori seculo gassendus, Cartesius, aliique bene multi.
Quod spectat ad principia compositionis hujus scientiae,
dico 1°. materiam ex qua, varias hic partes ex quibus
physica componitur. dico 2°. formam physicae hic dispo
sitionem inter illas partes per methodum introducendam.
Subjectum inhaesionis quo physicae sit intellectus hum
anus. Subjectum inhaesionis quod sit anima subjectum

vero denominationis hic homo qui a phisica denominatur
Phisicus

qualis sit phisica

Quaeritur quae nam sint phisicae proprietates.
Respondeo plurimas hic, 1.° ipsa mediante assur-
gimus ad cognitionem Dei et ad ejus amorem accendimur.
mirabilem enim orbis universi structuram detegere
non possumus, quin ubique summam opificis summi
sapientiam agnoscamus atque miremur; nec attendere
possumus ad varias quas ex hoc ordine percipimus
utilitates, quin eum amore prosequamur, a quo
haec omnia tam liberaliter tamque magnifice nobis
parata sunt. 2.° ex phisica maxima percipitur voluptas,
dum illius studio reserantur naturae arcana atque
miracula, qualia sunt aerispondus, Elaterium, et
omnia quae Thelescopio in caelestibus spaciis et microsco-
pio in tenuissimis corporum particulis detegantur.
3.° illius auxilio scientiae et artes promoventur et perfici-
untur plurimum, ut superiori seculo contigit respectu
medicinae astronomiae mecanicae opticae &c.

Quotuplex sit phisica

Duplex distinguitur phisica historica et scientifi-
ca: historica hic ea quae varias refert philosophorum
opiniones circa quaestionem quamlibet, varia que
resanet phenomeno, sed illorum causas non inquirit.
Scientifica quae etiam Ethiologica dicitur, hic ea
quae ita versatur circa res naturales, ut illarum

Causas et principia investiget rationesque afferat cur haec et illa phenomena contingant haec quae iterum duplex nimirum generalis et particularis.

Phisica generalis est ea quae versatur circa corpus naturale in communi, atque investigat generalia illius principia et communes affectiones.

Phisica particularis est ea, quae contemplatur corpora naturalia in particulari et illorum prosequitur principia proprietates et affectiones, tales sunt illae phisicae partes quae agunt de caelis terra, corporibus animatis plantis, metallis &c.

Quoniam ratio doctrinae postulat ut initium fiat a generalioribus, agemus 1.° de Phisica generali, 2.° de particulari.

Phisica Generalis

Pars 1.a Phisicae

Phisica generalis est, ut modo diximus, quae versatur circa naturam et proprietates corporis naturalis universim: ut autem nobis mirotexam quae pertinent ad corpus naturale universim circa ipsum quinque solitas instituemus quaestiones itaque sit

quid sit corpus naturale

Quid nomine corporis naturalis intelligi oporteat, non satis inter se consentium phisici, idque propter

equivocationem quam patitur ipsa vox natura, unde venit hic terminus, naturalis. Varias autem ipsius acceptiones supra retulimus.

Nos vero nomine corporis naturalis intelligimus totum physicum ex materia et forma naturaliter unitis; sic lapis, lignum, quercus, pullus &c. sunt corpora naturalia. hoc sensu naturale opponitur artificiali. etenim quaedam sunt corpora arte facta, quae scilicet humanae artis industria fiunt; tales sunt flores et aves artificiales, quae non internas florum et avium proprietates habent, sed speciem duntaxat externam referunt: huic si terra triticum mandaveris, nascetur triticum, ex glande orietur quercus; secus de arte factis.

An sit corpus naturale

Ad tempora usque Carthesii nemo de corporum existentia dubitaverat, nec aliquam philosophorum venerat in mentem expendere utrum necessariis et evidentibus rationibus demonstrari posset existere corpora. verum postquam Carthesius novam philosophandi viam secutus ostendit quemquam philosophice agentem debere esse potius certum de existentia suae mentis quam de existentia sui corporis. hinc moveri coepta hac haec quaestio in scholis quibus potissimum rationibus demonstrari possit existentia corporum jam vero hic quemadmodum et alibi saepe disputant inter se phi-

Epicurei et peripatetici asserunt nihil esse certius quam existere corpora, quia palpantur, tanguntur et renuntiantur a sensibus, quos tanquam integros veri nuncios spectare debemus, inquit Lucretius libro 4.º de rerum natura qui nisi sint veri, ratio quoque falsa sit omnis.

Malbranchius author libri de inquisitione veritatis et Decordemoy in gallico quodam opusculo cui titulus est la distinction du corps et de lame, sensum nullo argumento naturali demonstrari posse corporum existentiam, sed eam esse articulum fidei; verum id perperam omnino asseritur, quia cum fides sit ex auditu, supponit nos habere corpus itaque rejecta sententia authoris libri de inquisitione veritatis et de Cordemoy, contendimus evidenter existere corpora saltem universim, eamque propositionem, corpora sunt existentia esse metaphisice certam. Sed antequam sententiam nostram proponamus.

Observa 1.º propositionem aliquam duobus modis esse posse evidentem per se et per aliud. propositio est evidens per se quando veritas ejus ex solo idearum intuitu nobis innotescit, quod fit quando attributum propositionis est idea subjecti, vel ab ipsa excluditur. propositio est evidens per aliud quando veritas ejus nobis innotescit per medium ab ideis quidem diversum sed quod deprehenditur infallibilem habere connexionem cum eo de quo agitur.

Observa 2.º in ista propositione existunt corpora, attributum non esse de idea subjecti, nec ab ipsa excludi, alioquin corpora necessario existerent, aut nullo modo existere possent,

quod dici nequit. ergo tuo illa propositio non potest nobis hic evidens per se: hinc queritur utrum detur aliquod medium nobis evidenter cognitum et infallibiliter connexum cum existentia corporum, et per quod proinde possimus hic certi metaphysice existere corpora universim

Conclusio 1.a

Certum est metaphysice existere corpora universim.

Pro. nam certum est metaphysice existere corpora si judicium istud existunt corpora, nitatur motivo nobis evidenter cognito et infallibiliter connexo cum corporibus existentibus: atq. res ita se habet, nam istud judicium nititur omnibus animae sensationibus perpetuis atque consensientibus illarumque relationibus etiam perpetuis et consensientibus, in quovis loco, quovis tempore et quavis aetate; atqui motivum illud nobis est evidenter cognitum et infallibiliter connexum cum corporibus existentibus.

1.o quidem nobis est evidenter cognitum. quod enim nobis innotescit per sensum intimum, illud nobis est evidenter cognitum: atq. omnes illae sensationes et earum relationes sunt ejusmodi; quisque enim sibi conscius est se variis affici sensationibus, iis quae modo gratis modo molestis, et illas omnes sensationes et impressiones etiam se invito referri ab anima ad objecta extra nos posita, quae corpora dicuntur, et quae spectantur saltem ut occasiones illarum sensationum et impressionum.

2.o illae sensationes et earum relationes sunt infallibiliter connexae cum corporibus existentibus evidenter

enim deprehendimus non a Deo decipi non pone: atq. si sensationes animae nostrae et illarum sensationum relationes non essent infallibiliter connexae cum objectis quae corpora dicuntur Deus nos deciperet; tum enim nos deciperet Deus, quando ipso volente, instituente et ordinante ferremus vel inviti judicia falsa, nec ulla nobis suppeteret via detegendi erroris in quo versaremur: atq. res ita se haberet, si sensationes animae nostrae et illarum sensationum relationes non essent infallibiliter connexae cum corporibus existentibus.

1º quidem Deo volente, instituente et ordinante ferremus vel inviti judicia falsa. Sensationes enim animae nostrae ad objecta extra nos posita quae corpora dicuntur quotidie referimus et quidem Deo volente, instituente et ordinante, cum id fiat nobis etiam invitis et repugnantibus: atq. si nulla existerent corpora, illae sensationum animae nostrae relationes totidem essent judicia falsa hic &c.

2º nulla nobis suppeteret via detegendi erroris in quo versaremur: nam si qua nobis erroris illius detegendi suppeteret via, foret profecto vel revelatio divina, vel ideae nostrae: atqui neutrum dici potest: non ideae nostrae, nec enim ex illarum intuitu deprehendimus corpora non existere seu repugnare, immo deprehendimus ipsa pone existere cum constent attributis sensibilibus: non etiam revelatio divina, tum quia revelatio supponit existentiam corporum, cum fides sit ex auditu, auditus autem per verbum ex apostolo; tum quia nullibi revelavit Deus corpora non

existere, nimirum contrarium constat ex fide, ergo nulla nobis suppeteret via emergendi ex errore in quo versaremur. proindeque nos deciperet Deus, quod dicere sit ne fas igitur sensationes animae nostrae et illarum relationes sunt infallibiliter connexae cum existentia corporum; aliunde nobis evidenter innotescunt; ergo &c.

Solvuntur Objectiones.

Objicies 1° sensationes et impressiones animae nostrae non sunt infallibiliter connexae cum existentia corporum, si Deus possit efficere ut sint in nobis nullo existente corpore. atq. resta se habet, ergo &c.

Dis. maj. si Deus possit efficere ut nullo existente corpore sint in nobis impressiones illae simul cum relationibus et testimoniis animae, con maj. sine illis relationibus et testimoniis nego maj. atq. &c. distincta minore nego consequentiam.

Observa et nunquam e memoria excidat existentiam corporum non solis sensationibus et impressionibus probari sed praesertim illarum impressionum et sensationum relationibus et testimoniis, quibus impressiones illae referuntur etiam nobis invitis ad corpora extra nos posita.

Equidem sensationes animae nostrae non sunt infallibiliter connexae cum existentia corporum si Deus possit efficere ut sint in nobis simul cum relationibus nullo existente corpore secus vero si Deus possit duntaxat efficere ut sint in nobis sine relationibus: porro hoc ultimum potest tantum fieri.

Ins tam Deus potest in nobis excitare sensationes et impressiones nullo existente corpore, quas consequuntur relationes et animae testimonia, quam potest in nobis excitare sensationes odorum colorum et aliarum qualitatum sensibilium quas consequuntur relationes et animae testimonia quamvis extra nos non existant odores colores &c. atq. posterius

hoc fit, ergo potest fieri prius.

Ergo maj. et paritatem ratio disparitatis est quod, ut supra probavimus, se nullo existente corpore deus excitaret in nobis sensationes et impressiones, quas subsequerentur animae relationes et testimonia, deus nos deciperet, cum ipso volente instituente et ordinante, in eum errorem induceretur homo, ex quo emergendi nullum ipsi suppeteret medium. res vero longe aliter se habet quando deus in nobis excitat impressiones qualitatum sensibilium, quas impressiones subsequuntur animae relationes et testimonia, quia nobis super est medium detegendi erroris qui occurrit in illis relationibus, et aliunde adest ratio petita ex bonitate et sapientia dei, cuius res ita fiant et sic ordo fuerint ordinatae.

1.° quidem nobis super est medium detegendi erroris in quem labimur, nimirum attentio et reflectio quarum ope evidenter cognoscimus illas impressiones qualitatum sensibilium hic tantum sensus intimos et animae nostrae modificationes, non vero representationes, proindeque fieri non posse ut in corporibus extra nos positis insit aliquid simile iis impressionibus: unde patet quidquid erroris est in judiciis subsequentibus, illud refundi debere in hominem minime attendentem et reflectentem.

2.° adest ratio petita ex bonitate et sapientia dei cuius illae relationes et testimonia fiant, nimirum quando deus conjunxit animam rationalem cum corpore ut corpus secundum diversas sui partes esset organum diversarum animae impressionum, et caetera corpora quae nos ambiunt forent occasiones illarum impressionum, debuit deus, si voluit operis sui conservationi prospicere, efficere ut anima facile cognosceret

1º quænam Corporis sui partes ab authoræ naturæ destinatæ sint ad has vel illas impressiones excipiendas. 2º quænam Corpora sibi sint noxia, quænam commoda et utilia, ut hæc prosequatur, illa vero fugiat: atqui hoc utrumque nulla tutiori promptiori et faciliori via potuit præstare deus, quam efficiendo ut anima suas referret impressiones ad partes sui Corporis tanquam ad organa et aliquid simile iis impressionibus ad Corpora extra nos posita: hac enim ratione solius naturæ ductu, sine arte et magistro infantes ac senes indocti perinde ac sapientes norunt certissime organa variarum impressionum quæ in anima excitantur, illorum organorum curam habent, atque si unum aliquo morbo tentatum fuerit, huic non alteri remedium applicatur. pariter quisque a 1ª ætate facillime et tutissime distinguit quænam Corpora noxia sint aut utilia, nec ullus unquam mente captus regesto pane comedit lapidem. Si autem ad hæc omnia præstanda expectandus fuisset rationis usus, homo prius interiisset, quam ratio et reflectio ullam opem ipsi ferre potuissent, ut videre est in infantibus; ergo cum deus conjunxit animam cum Corpore debuit efficere ut anima suas referret impressiones ad partes organicas sui Corporis, et aliquid simile iis impressionibus ad Corpora extra nos posita, quæ sunt occasiones illarum impressionum; nec id circo deus nos decipit, quamvis Corporis nostri partes revera non patiantur, et nihil sit in Corporibus extra nos positis, quod dici possit simile nostris sensationibus.

N.B. Sæpe decipimur relationibus nostrarum impressionum, v.g. cum rotunditas refertur ad turrim quadratam;

24 hoc illae relationes non sunt medium quo possit infallibiliter cognosci corporum existentia.

Dis. Antecedens decipimur nostrarum impressionum relationibus, quando non sunt omnes, nec concordes, nec perpetuae. Con. antecedens quando sunt omnes perpetuae et concordes nego Antecedens.

Itaque decipimur aliquando relationibus et testimoniis animae nostrae, sed tunc illae relationes non sunt omnes, perpetuae nec concordes, ut pata exemplo turris quadratae, quae cum animus conspicitur, judicatur rotunda; relationes enim de illa turri rotunda non sunt constantes, sed pro variis distantiis mutantur et si propius ad turrim accesseris, non modo ex visu, sed etiam ex tactu deprehenditur quadrata: secus vero de relationibus quae pertinent ad existentiam corporum, si quidem constanter perpetuo et ubique renuntiant existere corpora.

Ins. atq. quando relationes sunt omnes perpetuae et constantes, peo illas decipimur, ut videre est in pane consecrato ubi remanent eadem omnino constantes et perpetuae omnium sensuum impressiones, quamvis nullus sit panis; ergo &c.

Dis. Antecedens et tunc adest medium detegendi erroris Con. Ant. secus nego Antecedens.

Itaque adest authoritas Dei revelantis nihil amplius hic panis et vini in Eucaristia, proindeque Deus non decipit nos, cum nobis suppeditet medium detegendi erroris, cui quidem medio, post habitis omnibus sensuum relationibus, credere par est.

Ins. potest quis ignorare consecrationem hic peo autem in illo pane: atq. respectu illius hominis relationes omnes perpetuae et constantes possunt hic falsae, nec Deus nos decipiet; ergo &c.

Dis minorem relationes omnes de tali corpore et illius natura atque existentia possunt esse falsae cum min. de corpore universum et illius existentia nego minorem hoc &c distincto consequente nego consequentiam

itaque relationes et animae nostrae testimonia sunt sunt in nobis a Deo concessa, ut judicemus de natura et essentia corporum, proindeque sub eo respectu possunt esse falsae, quin Deus nos decipiat. quamobrem quando ope illarum relationum judicamus de existentia corporum simpliciter, nec ultra progredimur, numquam decipimur, v. g. in pane consecrato quando homo judicat existere corpus aliquod, non decipitur, quia revera existit nempe corpus Christi; sed tunc decipitur quando judicat corpus illud esse talis vel talis naturae, nec Deus censeri debet nos decipere, quia sensationes et illarum sensationum relationes non sunt medium sufficiens ad judicandum de essentia et proprietatibus corporum

Obj. 2.° haec propositio, existunt corpora, non est metaphisice certa; ergo certum non est metaphisice existere corpora.

Nego Antecedens. tunc enim propositio est metaphisice certa, quando [illegible] ititur motivo evidenter cognito et infallibiliter denotante connexionem attributi cum subjecto: atqui talis est allata propositio, quia relationes et animae testimonia quibus nititur nobis per sensum intimum innotescunt et aliunde denotant infallibiliter existentiam corporum, alioquin Deus nos deciperet.

Ins. ut propositio sit metaphisice certa, debet esse vera metaphisice: atq. allata propositio non est metaphisice vera ergo &c

Dis. maj. ut propositio sit metaphisice certa certitudine objecti
con maj. certitudine motivi et subjecti nego maj: atq. &c
concessa minore et distincto consequente nego consequentiam
itaque triplex distinguitur certitudo objecti, motivi et sub
jecti, sed has tradidimus alibi definitiones. Quidem ut prop
ositio sit metaphisice certa certitudine objecti, debet hic meta
phisice vera, id est, debet hic in materia necessaria. Secus
vero ut sit metaphisice certa certitudine motivi et subjecti.
nam ad hoc satis est quod detur motivum nobis evidenter
cognitum, quo mens firmiter et laudabiliter innixa pos
sit ferre judicium de ente etiam contingenti: atq. res
ita se habet, si certum est certitudine metaphisica moti
vi et subjecti me sentire dolorem: atq. tamen illa propositio,
lojo sensio dolorem, non est certa certitudine objecti, quia
fit in materia contingenti, cum contingens sit me senti
re dolorem. pariter certum est certitudine motivi et subjecti
verbum divinum assumpsisse naturam humanam: atq.
tamen propositio est in materia contingenti, quia potuit
illam non assumere; ergo &c
Ms. ut propositio sit metaphisice certa etiam certitudine
subjecti et motivi, debet hic evidens: atqui ut sit evidens
debet hic certa certitudine objecti; ergo &c
Dis. maj. debet hic evidens vel per se vel per aliud con maj.
per se semper nego maj: atq. &c distincta pariter min
nego consequentiam.
itaque ut patet secunda observatione initio hujus
disputationis, illa propositio, existunt corpora, non est evi
dens

per se, quia habitudo praedicati ad subjectum non est in idea subjecti, sed est evidens per aliud, nempe per relationes et omnia animae testimonia: quod sufficit ut sit metaphysice certa certitudine subjecti et motivi.

Quaeritur utrum non modo sit certum existere corpus universum sed utrum praeterea constet metaphysice dari corpus quod nostrum sit.

Haec quaestio est experitur adversarios, quos habuit superior; contendit enim de Cordemoy, nullo argumento metaphysico posse probari existere corpus quod nostrum sit, contra quem sic statuimus.

Conclusio 2a.

Mihi certum est me habere corpus universum.

Pro. nam mihi certum est metaphysice me habere corpus universum, si detur motivum quo moveor ad judicium illud ferendum, et quod per idearum intuitum deprehendatur infallibilem habere connexionem cum eo de quo agitur: atque res ita se habet.

1o. quidem datur motivum metaphysice certum quo moveor ad asserendum me habere corpus universum. dantur enim in me sensationes constantes et consentientes, quae necessario me repugnante referuntur ad partes organicas certi cujusdam corporis quod meum dico: atque sensationes illae simul cum relationibus sunt motivum metaphysice certum, quando quidem per sensum intimum mihi tecum; ergo &c. [2o. per idearum intuitum motivum illud infallibilem deprehenditur habere connexionem cum existentia corporis mei; ex hoc enim intuitu fit evidens me non posse a Deo decipi: atque si sensationes illae simul cum relationibus sine corpore haberet, Deus animae meae jugiter illuderet, mendaces enim et frustraneae forent

omnes animae propensiones quibus sui corporis conservationi et incolumitati perpetuo invigilat. Cui bono v.g. fames et sitis si non sit mihi corpus cibo potuque passendum? Cui vivido et acerbo doloris sensu interdum sollicitor ad mei conservationem et remedia sumenda? Cum enim anima per se et ratione sui, nec cibis quibus reficiatur, nec remediis quibus curetur indigeat frustraneae sunt et mendaces omnes illae propensiones et relationes, si nullum habeo corpus cujus conservationi prae caeteris sit prospiciendum, et consequenter Deus me deciperet quod repugnat; ergo sensationes animae meae simul cum horum relationibus infallibilem habent cum existentia corporis mei connexionem. Sunt autem motivum metaphysice certum ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.o relationes et propensiones animae ad aliquod peculiare corpus non probant existere corpus quod nostrum sit, si possent hae ejusmodi relationes et propensiones nullo existente corpore quod nostrum sit, atque resistor se habet; tam enim illae relationes possunt fieri nullo existente corpore quod nostrum sit, quam possunt fieri ad aliquam nostri corporis partem minime existentem: atque id quotidie fit, ut videre est in homine cui pes aut manus abscissus fuit, dum scilicet dolorem refert ad manum aut ad tibiam ligneam.

Nego minorem ad cujus probationem nego maj. et paritatem. ratio disparitatis est quod in homine cui manus aut pes fuit amputatus relationes non sunt constantes perpetuae et conformes; si quae enim impressio refert hae pedem,

altera statim contrarium renuncia. Secus vero quando agitur de existentia alicujus corporis quod nostrum sit: omnes enim animae sensationes, relationes et testimonia ex 1.a aetate ad ultimum vitae diem perpetuo et constanter referunt corpus aliquod hic quod nostrum sit, et sit organum omnium quas patimur impressionum, sic ad id testandum in quovis statu loco et tempore conspirant omnes sensationes famis, sitis &c. prosecutiones et fugae cum relationibus quae deo volente et ordinante sequuntur omnes illas sensationes. alia disparitas hic quod in posteriori casu agatur de organo tali, in nostra autem conclusione agatur de organis universim.

Idcirco autem quis ad tibiam ligneam dolorem refert, quia membranae et nervuli quibus mediantibus varii motus transmittebantur, eodem modo agitantur et punguntur quo agitabantur et pungebantur, dum ad pedem protendebantur antequam fieret amputatio; verum haec clarius intelligentur ex postea dicendis.

Obj. 2.o potest quis constanter perpetuo que existimare se habere corpus insolitae magnitudinis, ut videre hic in quibusdam hominibus mente alienatis; ergo certus non sum per relationes me habere corpus.

Respondeo 1.o distinguendo consequens certus non sum per relationes me habere corpus hujus vel illius magnitudinis et extensionis con. consequentiam certus non sum me habere corpus simpliciter quia substantialiter unita sit anima mea nego consequentiam.

itaque per relationes et sensationes non sumus meta
phisice certi de magnitudine determinata corporum
non sunt enim nobis concessae ejusmodi sensationes
et relationes ut metaphisice judicemus de essentia natura
et extensione absoluta corporum, sed per illas metaphisice
certi sumus existere corpus aliquod quod nostrum sit quale
cumque sit sive magnum, sive parvum, sive cujuslibet
alterius staturae.

2.° Sensationes et relationes quibus judicat quis se habere
corpus insolitae magnitudinis, non sunt aedem, constantes et uni
formes in quovis statu, loco et tempore. ergo &c.

3.° denique ex objectione ipsa certum est existere corpus quod nostrum
sit; quando quidem explicari non potest quomodo quis sibi persuadeat
se habere tale corpus, nisi revera corpus aliquod habeat, cui anima
ejus unita sit et ad quod deo ordinante tales referantur impres
siones.

Obj. 3.° in dammatis reperiuntur impressiones sitis famis
doloris &c: atqui impressiones illae non probant dammatos
habere corpus; ergo &c.

Dis. maj. in dammatis reperiuntur impressiones sine relatio
nibus con. maj. cum relationibus nego maj.

itaque neque existentia nostri corporis, neque existentia
corporum universim probatur solis impressionibus, sed praesertim
ex relationibus et testimoniis animae, quae consequuntur illas
impressiones.

quando quidem ex superi disputatione constat existere corpus
naturale, ulterius nobis progrediendum est; non enim corporis
naturalis existentiam duntaxat inquirit phisica, sed illius
essentiam et proprietates prosequitur. Cum autem utriusque

notitia pendeat ex cognitione eorum principiorum quae concur-
runt ad productionem corporis naturalis nunc dicendum.

Cur sit Corpus Naturale.

Hanc quaestionem de principiis corporum naturalium
adeo implicuerunt veteres phi, ut operosum sit definire
quaenam ea de re fuerit illorum sententia; nulla enim
adhibita distinctione modo de internis, modo de externis prin-
cipiis disputarunt, alii unum, alii plura admittentes.
Perhibentur Parmenides et Melissus unum agnovisse
principium scilicet ipsum hus immobile, ingenerabile et
incorruptibile. illud finitum dicebat parmenides, id est, per-
fectum et completum. Melissus autem principium istud
vocabat infinitum, id est, nullis perfectionum limitibus circum-
scriptum.
Hinc patet de hos illos phos verbis, non re discrepasse, verissimi-
le est etiam hos locutos fuisse de principio externo, minimum
causa efficiente, non de principio interno, quasi voluissent
unicum hoc principium compositionis corporum natura-
lium, quemadmodum contendit Aristoteles, qui saepe parum
aequus in veteres phos illorum detrimento sibi apud posteros
nomen facere conatur.
alii Phi dixerunt 1.a corporum naturalium principia
hoc quatuor elementa, scilicet ignem aerem aquam et terram
sic Impedocles. alii vero unum ex illis duntaxat, sic Heraclitus
ignem admisit Anaximenes et Diogenes aerem, Thales aquam,
Hesiodus terram. sed omnes illi phi in errore versati sunt, quia
illa non debent dici prima corporum naturalium principia,
ex quibus omnia corpora naturalia non componuntur: atq.
&c. quia ipsa elementa, quae sunt corpora naturalia, non

componuntur ex Elementis, sic aqua non componitur ex gustis aquae tanquam ex primis principiis; deinde corpus naturale debet ultimo resolvi in 1.a principia: atq corpus naturale v. g. lignum ultimo non resolvitur in Elementa, v. g. aerem, aquam &c. quia Elementa ipsa ulterius resolvuntur in materiam et formam tanquam in 1.a principia.

Traditur Anaxagoras pro 1.o rerum naturalium principio admisisse pauspermiam universale scilicet quoddam seminarium. Volebat enim nihil de novo fieri nihil etiam desinere, sed species rerum modo apparere, modo delitescere: hinc juxta mentem Anaxagorae omnia insunt in omnibus et singula delitescunt in singulis. hinc ex terra fit herba, ex herba cibus, ex cibo chilus, ex chilo sanguis, ex sanguine semen ex semine animal, ex animali cadaver, ex cadavere terra, et ex terra redit herba: quo posito omnis generatio peragebatur congregationi partium similium, corruptio autem segregationi earundem partium. jam vero cum intelligeret Anaxagoras id fieri non posse sine aliqua causa efficiente, admisit mentem quae congregationes has et segregationes temperet atque disponat, ut eodem tempore plures quam decem rerum species non appareant, nec omnes confusae lateant, ne cuncta in antiquum cahos relabantur. bene de principio effectivo et externo rerum naturalium philosophatus est Anaxagoras, sed non satis accurate de interno; nam illae partes homogeneae sunt tantum principia integrantia, non essentialia, cum ipse ulterius resolvi possent, nempe in materiam et formam.

Lucippus Democritus et epicurus, referente Laertio, admiserunt pro 1.o principio athomos quas dixerunt numero infinitas, omnes ejusdem speciei, sed diversae figurae; aliae enim sunt asperae, aliae leves, aliae rotundae, aliae hamatae &c. cum autem propter

irregularitatem figurarum inter se non ita coherere et conjungi possent, quin aliquid inanitatis et vacui interciperetur, Epicurei 2.um principium rerum naturalium admiserunt, nempe inane seu vacuum, per quod athomi temerario cursu abreptae post varias collisiones orbem universum constituerunt. de illis athomis data opera agemus infra.

Stoici admittebant duo principia corporum naturalium nempe agens et patiens, nomine agentis intelligebant deum, patientis vero materiam, quae patitur excipiendo omnes formas phisicas.

Pitagorici duo etiam admiserunt principia, nempe par et impar. nomine paris designabant materiam, quia ut numerus par divisibiles in duas partes, quae, si sunt numerus par, possunt adhuc dividi in duas partes et sic deinceps, ita et materia semper divisibilis est. nomine autem imparis intelligebant formam, quae sicut numerus impar, indivisibilis est.

Platonici duo admiserunt principia interna rerum naturalium nempe parvum et magnum, nomine magni designabatur materia, quia est principium commune rebus omnibus naturalibus et pertinet ad omnia. nomine parvi intelligebatur forma, quia forma distinguit res naturales inter se.

Peripatetici admiserunt principia corporum naturalium duplicis generis, minorum generationis et compositionis.

Principia generationis tria ab ipsis numerantur nempe materia, forma et privatio, quae dicuntur principia corporis naturalis in fieri: duo vero admittunt principia compositionis, scilicet materiam et formam, quae appellantur ab ipsis principia corporis naturalis in facto esse. Sic autem peripatetici suam probam sententiam

1.° tot sunt admittenda principia corporis naturalis in fieri, quot sunt sine quibus non potest intelligi generatio seu productio alicujus corporis naturalis: atqui sine tribus non potest intelligi productio corporis alicujus naturalis. nam ut intelligatur ille generatio debet concipi transitus a non hoc tali ad hoc tale: atq. ille transitus intelligi non potest sine subjecto quod transeat ex hoc materia, sine termino a quo transeat ex hoc privatio formae denique sine termino ad quem fiat transitus ex hoc forma. ergo &c.

2.° duo sunt principia corporis naturalis in facto esse. nam, inquiunt peripatetici, omne compositum coalescit ex subjecto et forma, seu potentia et actu, v.g. compositum metaphisicum constat ex potentia et actu metaphisicis, hoc est ex genere et differentia; ergo et a pari compositum physicum si substantia sit debet constare ex potentia physica et actu substantiali physico, nempe materia et forma; et consequenter materia et forma sunt principia compositionis corporis naturalis.

Carthesius sua etiam admisit principia scilicet materiam subtilem globosam et ramosam seu crassam, ex qua triplici materia voluit coalescere quaecunque cernuntur corpora. de hac triplici materia dicemus alibi.

itaque diutius non immorabimur in recensendis aut refellendis variorum phorum placitis circa principia corporis naturalis; satius fuerit aperire quid hac de re sentire oporteat.

Principium cognitionis corporum naturalium, si spectentur quoad essentiam, est idearum intuitus. si considerentur quoad existentiam sunt sensationes et relationes atque animae nostrae testimonia, ut supra probatum est.

Principia generationis seu productionis corporum naturalium

tria sunt, nempe causa finalis exemplaris et efficiens. nam
tot sunt principia generationis corporum naturalium, quot
sunt quae influunt in corpus naturale: atqui tria sunt quae
influunt hic in corpus naturale, scilicet causa finalis quae
movet, exemplaris, quae dirigit, et efficiens, quae producit, ergo &c.
duae priores causae sunt tantum morales, solus enim Deus est
causa physica corporum naturalium.

Hinc patet male ab Aristotele materiam, formam et pri
vationem formae assignari tanquam principia generationis
corporum naturalium, quia non influunt hic in corpus natu
rale. 1° materia, tum quia est quidem passivum et otiosum
numen, tum quia materia juxta peripateticos est principium
compositionis corporum naturalium, et proinde non potest
hic principium horum productionis. 2° forma non est princi
pium productivum corporum naturalium, quia effectus
non est id quod influit, v.g. forma ignis non influit in gene
rationem ignis, sed ipsa in ignis generatione producitur.
3° denique privatio formae, quia non est hic, nihil est +
et sicut absentia a tali loco non est causa cur quis ad locum acce
dat, sic absentia ignis non est causa cur ignis generetur, nec
est quod dicas hinc privatione non posse intelligi fieri generationem,
tum quia 1ae corporum generationes factae fuerunt absque priva
tionibus formarum veterum; tum quia hinc sequeretur tantum
privationem hic principium cognitionis, non vero generationis
corporum naturalium. Conclusio.

Duo sunt principia compositionis corporum naturalium,
nempe materia et forma.

Probatur nam tot sunt principia compositionis corpo
rum

naturalium quae sunt sine quibus tanquam partibus intrinsecis et essentialibus corpora naturalia existere et concipi non possunt: atque sine materia et forma tanquam partibus intrinsecis et essentialibus nec existere nec concipi possunt corpora naturalia. 1° sine materia corpus naturale nec existere nec concipi potest, quia non potest existere et concipi sine multis partibus quae sunt substantiae; 2° sine forma, tum quia materia non potest esse sine omnino forma seu modificatione; tum quia, cum omnia corpora naturalia conveniant in materia per solam formam possunt inter se distingui; ergo &c.

Dices principia compositionis non debent componi ex aliis principiis, neque ex se invicem, alioqui non forent principia atque materia fit ex aliis, quia constat ex infinitis aliis partibus quae seorsim sumptae sunt adhuc materia; ergo &c.

Dis. maj. principia compositionis non debent componi ex aliis principiis, id est unum non debet fieri ex alio con. maj. id est debent esse adeo simplicia ut nullus habeant partes ex quibus componantur nego maj. atque distincta unione vero consequentiam

Itaque unum principium componens non debet fieri ex alio principio componente v. g. materia non fit ex forma, quia substantia non fit ex modificatione nec vicissim.

Et certe principia compositionis physicae non debent esse magis simplicia quam principia compositionis metaphysicae; porro genus v. g. substantia principium metaphysicum spiritus componitur ex aliis generibus; ergo &c.

Dices iterum principia compositionis corporis naturalis sunt partes ipsi essentiales: atqui forma contingens ex

materiae, hoc &c.

Dis. minorem forma determinata contingens hu materiae
cum mi forma universim sumpta nego min. itaque forma
haec vel illa determinata sumpta contingens hu materiae, sed
forma universim non hu contingens corpori, quia necesse hu
quodlibet hus formis donari.

Satis convenit inter pphos materiam et formam hae partes
ex quibus componitur intrinsece corpus naturale licet enim
alio aliter locuti fuerint, si sententiam horum diligenter ex
penderis, reperies illos non re, sed verbis tantum inter se discre
passe. Verum quid sit materia, quid sit forma, dictu non ita
hic proclive, difficultatemque auxerunt plurimum varia
super hanc rem phorum placita. attamen quia ad cognitio
nem corporum naturalium maxime confert notitia formae
et materiae de utroque distinctis articulis agemus

Quid sit Materia

Circa genus materiae consensum inter se pphi faten
tur enim ipsam esse substantiam; sed in assignanda
illius differentia acriter disputant; nos autem sic statuimus.

Conclusio

Materia definiri debet substantia habitative multi
plex

Probatur nam illa definitio debet admitti quae cons
tat genere proximo et differentia specifica: atq. mox allata
materiae definitio constat genere ipsius proximo et differentia
specifica; constat quidem genere proximo, nullum enim
genus immediatius praedicari potest de materia, quam
substantia; constat quoque differentia specifica, si plura
litas partium substantialium hi gradus differentialis

materiæ: atq. res ita se habet; ille namque gradus hæ differentia materiæ specifica qui soli materiæ convenit et hæ fons et origo omnium illius proprietatum: atq. talis hæ pluralitas partium substantialium 1º quidem soli materiæ convenit; quod enim nec spiritibus nec ullis modificationibus convenire potest, soli materiæ convenit; si quidem aliæ non sunt hujus species: atq. pluralitas partium substantialium nec spiritibus nec ullis modificationibus convenire potest, spiritus enim excludunt partes substantiales, et modificationes non possunt pro suis partibus habere substantias. ergo &c. 2º pluralitas partium substantialium hæ fons et origo omnium illius proprietatum si quidem materia habet a pluralitate partium substantialium quod sit divisibilis mobilis figurabilis, fluida, uno verbo capax omnium formarum phisicarum, quia habet partes quæ, ut pote totidem substantiæ, possunt se omnino a se invicem existere, transponi, minui, augeri, hoc vel illo modo inter se disponi hinc et illuc infinitis motibus agitari, omnes denique formas phisicas induere; ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1º prius est aliquid constitui in sua natura quam hæc multiplex; ergo &c.

Dis. Antecedens si multiplicitas partium non sit de hæ entia illius entis de quo agitur Con. Ant. secus nego Antecedens. itaque &c. porro dantur quædam ensia quæ includunt in suo conceptu pluralitatem partium ut videre hæ in quantitate ut sic et in qualibet quantitatis specie quæ non possunt definiri nisi per aliquam multiplicitatem. hinc quantitas ut sic dicitur amplitudo et copia entis, duratio dicitur positio partium duratio nis

extra partes durationis extensio est positio partium extensionis extra partes extensionis; cum igitur materia includat in suo concepto pluralitatem partium intitativarum, prius non est ipsam constitui in sua natura quam sit multiplicem; proindeque &c.

Instabis definitio materiae non debet convenire composito physico: atq. allata materiae definitio convenit composito physico, nempe corpori naturali; ergo &c.

Distingo maj. definitio materiae non debet convenire composito physico ratione suarum omnium partium con maj. ratione ipsius materiae nego maj. atq. distincta pariter minore nego con. itaque pluralitas partium substantialium convenit quidem composito physico ratione materiae non vero ratione suarum omnium partium; forma enim quae est pars illius non est intitative multiplex.

Obj. 2.° Duplex ab Aristotele tradita fuit materiae definitio, una positiva, qua materia definitur 1.um subjectum ex quo insito et permanente fuit omnia et in quo ultimum, si quid interit, abit; altera negativa, qua materia dicitur id quod neque est quid neque quantum, neque quale neque quidquam horum quibus ens determinatur. ergo nostra non est admittenda.

Nego consequentiam definitio namque legitima debet salva reverentia Aristoteli debita anteponi definitionibus falsis obscuris, et quae non explicant naturam definiti: atqui nostra definitio legitima est, ut constat ex modo dictis, utraque vero Aristotelis falsa est, obscura &c. 1.° quidem utraque falsa est, per unam enim materia dicitur 1.um subjectum ex quo insito et permanente fuit omnia: atq. forma non fit ex materia etiam in mente Aristotelis, docet enim unum principium non fieri ex alio, per alterum materia dicitur

hic neque quanta, neque qualis: atq. repugnat ejusmodi his quia
quodlibet his est in loco et suas habet necessario proprietates; ergo 1°
utraque hic falsa. 2° ambae sunt obscurae, ut constat ex eo quod
peripatetici non consentiant inter se circa harum explicatio-
nem. 3° denique neutra definiti materiam explicat; siquidem
auditis illis definitionibus, non venit in mentem quid sit essen-
tia materiae, et semper quaerendum restat quid sit illud 1um
subjectum in quo insito et permanente fiunt omnia et quod
neque hic quid neque quantum, neque quale, neque quidquam
&c. ergo &c.

Obj. Cum Gassendo materia definire debet substantia
impenetrabiliter extensa; ergo &c.

Nego antecedens nam regiciendo hic illa definitio, si extensio
impenetrabilis non sit gradus differentialis materiae: atq. res
ita se habet; ille namque gradus non debet dici differentia-
lis, qui supponit alium gradum se priorem, et qui non distin-
guit materiam a quolibet alio ente: atqui talis hic extensio
impenetrabilis; 1° quidem supponit gradum se priorem a quo
fluit, latenus enim atomi apud Gassendistas sunt impene-
trabiles, quatenus sunt simplices et indivisibiles. 2° non distin-
guit materiam a quolibet alio ente, quia convenit spatio
non secus ac materiae: nam idcirco atomi dicuntur a Gas-
sendistis impenetrabiles, quia non possunt eundem simul
occupare locum et intra se invicem consistere: atq. duae partes
spatii illud pariter non possunt cum sint immobiles et
extra se invicem essentialiter positae. ergo &c.

Adde quod impenetrabilitas magis convenit spatio quam
corpori, quia sensu theologi corpora posse saltem divinitus
poni intra se invicem penetrative et in eadem parte spatii;

quod de pluribus spatii partibus dici non poten.

Obj. 4.° Cum Carthesio materia definiri debet substantia extensa; ergo &c.

Nego Antecedens nam materia male sic definitur, si extensio non sit gradus differentialis materiae: atq. resita se habet, quia supponit alium gradum se priorem a quo fluit, nec convenit soli materiae: 1.° supponit alium gradum a quo fluit, nimirum pluralitatem partium, prius enim sunt plures habere partes, quam illas habere extra se invicem positas. 2.° non convenit soli materiae convenit etiam deo et motui corporum. 1.° quidem convenit deo probatum enim fuit in metaphysica dari extensionem necessario aeternam, immensam necessario immobilem et indivisibilem, hanc que speciem extensionis soli deo competere posse. 2.° convenit motui corporum, nam convenit si quod habet partes extra partes simul existentes, ut constat ex hujus definitione: atq. motus corporum habet partes extra partes ut patet exemplo corporis quod, dum movetur, in duas partes dividitur, nam facta divisione quaelibet corporis pars movetur: atq. id fieri non poten, quin motus corporis fuerit divisus et proinde quin habuerit partes extra partes simul existentes. ergo &c.

Et certe nullum datur corpus necessario aeternum immensum necessario, immobile et indivisibile: atq. si extensio foret gradus materiae differentialis, deberet dari corpus necessarium, immensum necessario, immobile et indivisibile, si quidem datur extensio necessario aeterna, immensa necessario, immobilis et indivisibilis, ut vidimus in metaphysica, ergo &c.

Instabis illud ex gradus differentialis materiae, quod ex quid, nam in materia: atq. extensio ex quid nam in materia: ergo &c.

Dis maj. quod sit quid primum in materia tanquam gradus specificus con maj. tanquam gradus genericus nego maj. atq. &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

itaque gradus generici non minus ac gradus specifici sunt quid primum in hac proinde que non sufficit ad rationem gradus differentialis quod sit quid primum.

Ins. quod sit fons et origo omnium materiae proprietatum, illud sit quid primum in materia tanquam gradus specificus atq. extensio sit fons et origo omnium materiae proprietatum ab illa enim fluunt divisibilitas figurabilitas et aliae materiae proprietates; ergo &c.

Nego minorem et divisibilitatem figurabilitatem caeteras que ejusmodi materiae proprietates fluere ab extensione, alioquin quid quid sit extensum illud deberet esse divisibile, quod falsum sit. pariter in materia dantur duritiae mollities &c. atq. dantur sine extensione v. g. spatium et motus quae non habent illas proprietates. ergo &c.

Ins. illud debet statui pro gradu differentiali materiae quod remanet mutatis omnibus: atque talis sit extensio; ergo &c.

Dis. maj. quod remanet mutatis omnibus, nec aliis convenit speciebus entis con. maj. secus nego maj. atq. &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

itaque ad gradum specificum non sufficit quod remaneat sublatis et mutatis omnibus aliis modificationibus contingentibus, v. g. fluiditate, duritie &c. quia gradus generici etiam remanent, quare praeterea requiritur non convenire aliis sitis speciebus et sit fons et origo omnium proprietatum.

Obj. 4. quod nihil aliud sit quam extensio, non debet definiri substantia sititative multiplex: atq. materia nihil aliud

in quam extensio; ergo &c.

Nego min. nam hoc non sunt quidunum et idem, quae positive et independenter a mente distinguuntur atq. materia et extensio positive et independenter a mente distinguuntur. quae enim diversimode concipiuntur, hoc distinguuntur positive; atq. materia et extensio diversimode concipiuntur; nam res modificata et modificatio diversimode concipiuntur: atq. materia est res modificata seu substantia. extensio autem est modificatio, ut pote quae sit species quantitatis et in quolibet idiomate exprimatur termino abstracto; ergo &c.

Et certe materia non est necessario aeterna immensa necessario, indivisibilis et immobilis, ut fatentur roaltius et regis adversus quos loco disputamus: atqui si materia esset quidunum cum ipsa extensione, deberet esse necessario aeterna, immensa necessario indivisibilis et immobilis; ergo &c.

Ins. hoc sunt quidunum et idem quorum una est et eadem idea: atqui extensionis et materiae una est et eadem idea, si quidem non potest concipi materia, quin concipiatur extensio; ergo &c.

Nego minorem diversa enim est idea substantiae ab idea modificationis: atq. materia est substantia, extensio vero est modificatio; ergo &c. quod autem additur materiam non posse concipi sine extensione esto, sed hinc non sequitur eandem esse ideam materiae et extensionis: corpus enim non potest concipi sine substantia, attamen eadem non est corporis et substantiae idea, quia diversae sunt ideae generum et specierum pariter relata formaliter sumpta v.g. pater ut pater et filius ut filius non possunt concipi sine se invicem: atq. tamen non una et

laudem hi idea patris et filii; hoc &c.

Ms. Cum Roalsio si materia non hic extensio, maxime quia dicitur extensio materiae: atq. haec ratio nulla hic, etiam quando dicitur extensio materiae, id hic ac si diceretur, extensio quae hic materia, ut cum fallice dicitur, La ville de Romme, sensus en urbs roma seu quae hic roma; hoc &c.

Nego minorem ad cujus probationem respondeo cum dicitur extensio materiae, sensum propositionis hic extensionem pertinere ad materiam et in ipsa reperiri tanquam modificationem in subjecto, ut cum dicitur rotunditas ceraeque sensus en rotunditatem hic modificationem ceraeque non vero rotunditatem hic ceram. Minor vero cum dicitur extensio materiae si sensus foret extensio quae hic materia, cum dicitur duratio materiae, sensus hic, duratio quae hic materia: atq. id absurdum hic. igitur nihil quidquam probat allato exemplo roaltius, licet enim dici possit, urbs quae hic roma, huic non sequitur urbem et romam hic quidunum et idem, quia urbs multo latius patet quam roma: unde propositio non hic vera, nisi quatenus urbs restringitur per vocem roma, proinde que idem dici debere de ipsa extensione respectu materiae.

Ms. mensa vulgo spectatur ut substantia, extensio vero consideratur ut modus: atq. in rei veritate inquit Roaltius, ipsa extensio substantia hic, mensa autem hic modus; hoc extensio ipsa hic materia.

Nego minorem nam illud hic substantia quod per se subsistit, quod non inhaeret alteri et de quo dici potest quod sit res habens extensionem texturam et dispositionem partium: atq. haec omnia dici possunt de mensa, non vero de ipsa extensione; videretur enim qui diceret extensio habet mensam, licet bene dicatur mensa

habet extensionem; ergo &c.

Ins. Cum eodem ratione extensio sit substantia, mensa vero est modus, si extensio possit existere sine mensa, mensa vero non possit existere sine extensione: atque resita se habet; ergo &c.

Dis. maj. Si extensio tanquam substantia possit existere sine mensa et mensa tanquam modus non possit existere sine extensione Con. maj. Si extensio tanquam modificatio materiae remanentis destructa mensa possit existere sine mensa, mensa vero tanquam corpus non possit existere sine extensione nego maj. atque &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque in mensa duo distingui debent nimirum materia et forma, id est, certa quaedam partium modificatio per quam mensa constituitur in ratione mensae.

Equidem destructa mensa extensio remanet in modificatio materiae quia per destructionem mensae non destruitur materia sed tantum forma mensae at vero extensio non remanet in substantia et res, quod tamen fieri deberet, ut ro altius scopum suum assequeretur.

Ins. Cum regis modo extensio aliquid concretum significet non distinguitur a materia: atque extensio significat aliquid concretum; ergo &c.

Nego minorem nam si extensio significaret aliquid concretum, deberet dari illius abstractum: atque nec regis, nec ullus Cartherianus assignavit unquam abstractum extensionis; ergo &c.

Praeterea non magis extensio dicit aliquid concretum, quam duratio, cum extensio non sit minus species quantitatis quam duratio: atque ex omnium consensu duratio non dicit aliquid concretum; ergo nec extensio.

Ms. Cum eodem regis quod Concipitur sine relatione ad Subjectum, significat aliquid Concretum: atq. extensio Concipitur sine relatione ad Subjectum; ergo &c.

Nego minorem tam enim extensio Concipitur cum relatione ad Subjectum nempe rem extensam, quam duratio Concipitur cum relatione ad rem durantem: atq. duratio Concipitur cum relatione ad rem durantem; ergo &c. Minor vero extensio non minus ac ipsa duratio Concipitur in species quantitatis: porro species aliquae non poten Concipi sine relatione ad Subjectum, quoties illius genus non poten Concipi sine relatione ad Subjectum: atq. genus extensionis, minorum quantitas non poten Concipi sine relatione ad Subjectum, fatentibus adversariis; ergo nec ipsa extensio.

Ms. id in quo tanquam in Subjecto inesse Concipiuntur longitudo latitudo et profunditas, Concipitur sine relatione ad Subjectum: atq. in extensione tanquam in Subjecto inesse Concipiuntur longitudo latitudo et profunditas; ergo &c.

Dis. maj. id in quo tanquam in Subjecto quod inesse Concipiuntur &c. Con. maj. id tanquam id in quo tanquam in Subjecto quo Concipiuntur nego maj. atq. &c. distincta pariter minore nego Consequentiam

Itaque magnum hic discrimen inter Subjectum inhesionis quod Sed remotum a Subjectum inhesionis quo Sed proximum sicut multoties diximus: ad quod discrimen si attendissem Cartheriani in tam graves errores non incidissent non modo circa naturam materiae, sed etiam circa animae rationalis essentiam, ut vidimus quoque in metaphysica.

An sit Materia

Quod spectat ad existentiam materiae cum supra demonstratum fuerit existere corpora existentia materiae debet censeri demonstrata, quia corpus essentialiter constat ex materia; quare non amplius disputabitur de existentia materiae, sed quaeritur utrum existat per propriam an per alienam existentiam.

Duplex in scolis est la de re sententia, prior thomistarum, posterior scotistarum. Thomistae volunt materiam non existere per propriam existentiam sed per existentiam formae, quia, inquiunt, est pura potentia omni actu destituta. Scotistae volunt materiam existere per propriam existentiam, fieri que non posse ut hic aliquod existat alterius existentia.

Conclusio

Materia existit per propriam existentiam

Probatur nam hic per se subsistens existit per existentiam sibi propriam: atqui materia est hic per se subsistens, si quidem est substantia, ergo &c.

Et certe vel materia existit per existentiam sibi propriam, vel per existentiam formae, ut contendunt thomistae atq. posterius implicat; si enim existeret per existentiam formae, vel foret per existentiam formae substantialis dictae, vel per existentiam formae accidentalis: atq. neutrum dici potest 1.° non per existentiam formae accidentalis; ad hoc enim satis est quod forma accidentalis supponat materiam existentem: atq. res ita se habet: subjectum enim praerequiritur ad formam accidentalem. 2.° non per existentiam formae substantialis dictae; nam in homine forma substantialis dicta est anima rationalis; atq. corpus humanum non existit per existentiam animae rationalis cum repugnet materiam existere per existentiam spiritus

Denique idcirco asserunt thomistæ materiam non existere per propriam existentiam quia volunt illam esse puram potentiam: atqui perperam id asseritur; quod hinc habet differentiam essentialem, illud non debet dici pura potentia et expers omnis actus metaphisici: atq. talis est materia; ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.° datur actus purissimus expers omnis potentiæ, nimirum Deus; ergo debet dari potentia purissima expers omnis actus, quæ potentia debet esse materia; ergo &c.

1.° Retorqueo argumentum, datur actus purissimus ergo datur potentia purissima expers omnis actus tum proprii, tum alieni; proindeque datur materia quæ non existit neque per propriam neque per alienam existentiam, quod negant adversarii.

2.° Nego Antecedens nempe dari actum purissimum, si quidem Deus non est actus purissimus, 1.° quia Deus est substantia, 2.° quia probatum est in logica et metaphisica deum constare genere et differentia.

Obj. 2.° Si materia et forma propriam haberent existentiam corpus idem plures haberet existentias: atq. id dici nequit; ergo &c.

Dis majorem corpus idem plures haberet existentias partiales cum maj. totales nego maj.: atq. &c distincta pariter minore nego consequentiam.

Ins. Si essent multæ existentiæ in eodem corpore, corpus idem foret multiplex: atq. id repugnat; ergo &c.

Distingo maj. si essent multæ existentiæ totales corpus idem foret multiplex concedo majorem partiales nego majorem: atq. &c concessa minore et distincto pariter consequente nego consequentiam.

Existentia totalis est ea quæ totum ipsum modificat; partialis vero sic dicitur quæ modificat tantum aliquam totius partem.

porro tot sunt existentiæ partiales in toto, quot sunt in ipso partes, quæ liber enim pars debet habere suam existentiam, sed unica est existentia totalis, quæ resultat ex conjunctione existentiarum partialium: unde corpus idem non est multiplex.

Obj. 3°. ex pluribus entibus quæ propriam habent existentiam non fit hic unum per se: atq. ex materia et forma fit hic unum per se; ergo &c.

Dis. maj. ex pluribus entibus completis quæ propriam habent existentiam, non fit hic unum per se con. maj. ex pluribus entibus incompletis nego maj: atq. &c ~~distinct~~

Itaque materia et forma sunt entia incompleta proinde que licet propriam habeant existentiam ex illis fit unum hic per se.

Cur sit materia

Causa finalis proxima materiæ est compositio corporum naturalium: quidem pars essentialis totius habet pro fine proximo compositionem hujus totius; remota est gloria Dei; causa exemplaris materiæ sunt ideæ divinæ ad quarum similitudinem producta est. causa efficiens est solus deus, quia solius Dei est creare; materia autem per solam creationem produci potest.

Dices substantia quæ componitur ex multis partibus substantialibus producitur per generationem, non vero per creationem: atqui materia constat ex multis partibus substantialibus; ergo &c

Dis. maj. substantia quæ componitur ex multis partibus substantialibus antea existentibus producitur per generationem con. maj. ex multis partibus substantialibus ex nihilo productis nego maj atq. &c distincta &c.

Qualis sit Materia

Quod attinet ad proprietates materiæ numerantur præsertim capacitas, propensio, ingenerabilitas, incorruptibilitas, inertia.

Capacitas materiæ triplex assignatur a Peripateticis, 1.a est ut e sinu materiæ educantur formæ substantiales; hæc proprietas fictitia est, ut patebit ex dicendis. 2.a est quod e sinu materiæ educantur formæ accidentales, v.g. figura, textura, situs et quælibet partium configuratio: hæc proprietas bene intellecta potest admitti. 3.a est quod ex materia tanquam ex subjecto, seu potius parte componente fiat corpus naturale. admittenda est etiam hæc materiæ proprietas; certum est enim omnia corpora naturalia componi ex materia simul et forma.

Propensio materiæ vocatur a peripateticis appetitus quidem innatus quo materia ita prosequitur formas mearum quas habet sit venefica, inquit Aristoteles, et quasi insidiatrix, ut alias prosequatur et possideat. hæc proprietas debet regici, quia materia est prorsus indifferens ad omnes formas distributive sumptas, nec unam præ cæteris appetit, sed quæ omnium æqualiter capax; unde si hac forma potius quam illa afficitur, id non a se, sed aliunde habet.

Ingenerabilitas materiæ dicitur negatio generationis. materia dici potest hanc habere proprietatem; cum enim sit substantia, per solam creationem produci potest: quod enim generatur fit ex subjecto præexistente, sic dum generatur pullus, fit ex ovo.

Incorruptibilitas materiæ dicitur negatio corruptionis ipsius materiæ. hanc etiam habet proprietatem, quia cum sit substantia quemadmodum per solam creationem produci potest sic per solam annihilationem potest destrui non vero per

corruptionem ut lignum destruitur quando corrumpitur. Si vero per incorruptibilitatem intelligeretur negatio partium quae transponi possent materia hoc sensu non est incorruptibilis, quia constat pluribus partibus, quae possunt huc et illuc transponi.

Inertia materiae in illius incapacitas ad agendum; materiam inertem esse probari potest, tum ex eo quod motum producere non possit, ut postea videbimus, tum ex eo quod actio sit modificatio indivisibilis, quae proinde convenire non potest substantiae essentialiter divisibili.

Quotuplex sit materia

Materia duplex a peripateticis distinguitur 1.a et 2.a materia 1.a est ipsa materia spectata precise 2.um suam essentiam, prout est indifferens ad omnes formas, nec per ullam ad hunc determinatur. materia 2.a est ipsa materia spectata prout determinatur per aliquam formam tamque dicitur corpus naturale tale est lignum ferrum &c.

Quaeritur 1.o utrum materia sit diversae speciei in diversis corporibus naturalibus.

Sensem peripatetici dari materiam diversae speciei v.g. materiam ex qua componuntur corpora caelestia esse diversae speciei a materia, ex qua corpora sublunaria constant, eamque dicunt esse quintam quandam materiae essentiam. Verum errant peripatetici, siquidem materia corporum caelestium et terrestrium est ubique ejusdem speciei, unde non dantur species propriae dictae corporum naturalium, et si qua sit diversitas inter caelestia et terrestria, tota repeti debet ex diversa dispositione partium materiae: hinc nullum est corpus quod non possit in aliud converti per solam partium mutationem et transpositionem.

Quaeritur 2.o utrum detur aut dari possit resolutio usque ad materiam 1.am.

Respondeo negative quia repugnat dari aliquam materiae portionem quae careat omnino forma seu modificatione.

Postquam expendimus hucusque proprietates materiae in se spectatae, superest ut agamus de ipsa forma, altera corporis naturalis parte; itaque sic

De forma

Corpus naturale constat ex materia et forma tanquam duobus principiis internis et essentialibus, sine quibus nec hic nec concipi potest. igitur ad intelligentiam corporis naturalis, non tantum materiae sed etiam formae requiritur notitia.

Forma definitur a peripateticis alterum corporis naturalis principium, quo materia determinatur, ut sit certum aliquod corpus naturale, v.g. aurum potius quam ferrum.

Duplex ab ipsis distinguitur forma, nempe substantialis et accidentalis.

Forma accidentalis est modificatio contingens, seu quaedam mechanica partium materiae dispositio qua materia determinatur ad certam aliquam corporis naturalis speciem.

Forma substantialis describitur ab ipsis principium motus et quietis ejus in quo est 1.° per se et non per accidens: illud autem principium est substantia a materia diversa, quae substantia duplex iterum ab ipsis distinguitur, alia spiritalis, qualis est anima rationalis, alia materialis, qualis est anima belluarum, quae quamvis juxta peripateticos sit substantia a materia diversa, attamen est materialis

Circa existentiam formarum substantialium non consentiunt inter se peripatetici, alii enim volunt illas esse admittendas in hominibus et in omnibus omnino corporibus tum animatis, quales sunt belluae, plantae, tum inanimatis, qualia sunt lapides ferrum, mimo caseus et butirum. alii contendunt illas admittendas esse tantum in hominibus, belluis et plantis; alii denique illas

admittunt solum modo in hominibus et bellis.

Carthesius duplicem pariter admisit formam, nempe substantialem et accidentalem. Sed apud ipsum unica sit forma substantialis spiritualis et a materia omnino diversa, nimirum anima rationalis, quam contendit necessario admittendam esse in homine praeter mecanicam partium dispositionem, qua dispositione corpus humanum fit corpus naturale; in aliis vero corporibus sive animatis, quales sunt bellae, planetae &c.; sive inanimatis, existimat Cartesius sufficere mecanicam partium dispositionem.

Nos autem sic statuimus.

Conclusio.

In nullo corpore naturali quatenus sit naturale, debet admitti forma substantialis.

Probatur nam illud in nullo corpore naturali, quatenus est corpus naturale, debet admitti quod sit omnino inutile et prorsus ignoratur: atq. forma substantialis in omni corpore naturali, quatenus sit naturale sit inutilis omnino et prorsus ignoratur. 1° quidem est inutilis omnino, si quaecumque deprehenduntur in corpore naturali, quatenus est naturale, possent intelligi et explicari per mecanicam partium materiae dispositionem et per ipsum motum qui a solo deo producitur: atq. resita se habet, si quaecumque pertinent ad naturam ignis lactis, aeris, aquae, plantarum &c. possunt explicari posito motu et certa quadam partium materiae mecanica dispositione. quidenim sit ignis, nisi congeries partium materiae nitrosae et sulphureae quae ex materia subtilissima quoque versum perniciosissimo motu agitantur. hinc mutato motu et illa mecanica partium dispositione novae producuntur rerum corporearum species, v.g. quando in oleosis et pingues lactis particulae una cum serosis exquisite permiscentur et conjunguntur tandem subsistit integra lactis species; si vero partes oleosae et pingues a serosis secernantur et inter se alio modo et ordine disponantur atque consociantur, tunc interit species lactis et prodire incipiunt caseus et serum eodem modo possunt

explicari cætera phænomena quæ deprehenduntur in aliis corporibus naturalibus quatenus sunt naturalia ergo inutilis est forma substantialis

2.° illa forma substantialis in corpore naturali quatenus est naturale prorsus ignoratur, nam jure et merito aliquid latere et ignorari dicitur, quando nec illius existentia, nec origo, nec modus agendi cognoscitur: atq. resita se habet respectu illius formæ substantialis. 1.° non cognoscitur illius existentia, fatentur enim peripatetici eam non cognosci quoad quæstionem quid sit, tunc multi dicunt illam esse spiritualem alii materialem alii volunt eam esse medium inter spiritum et materiam nec esse substantiam nec modificationem quæ certe intelligi non possunt; ergo &c. 2.° ignoratur illius origo; alii enim putant eam educi e sinu materiæ, sicut formæ accidentales, alii volunt illam in 1.° rerum genere fuisse productam adeo simul cum materia, cujus varias portiones informat successive migrando ex alio corpore in aliud tum quandam metempsicosim substantiarum admittunt denique existimant illam formam substantialem annihilatam iri post ultimum judicii diem quam autem hæc omnia absurda sint nemo est qui non videat. 3.° modus agendi illius formæ ignoratur; ad hoc satis est quod peripatetici illius formæ patroni explicent hunc agendi modum per qualitates quas exprimunt voces occultas quales sunt antiperistasis, sympathia, antipathia et cætere ejusmodi, quibus positis nulla excitatur in mente idea: atqui resita se habet ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.° homo est corpus naturale atq. in homine admittenda est forma substantialis; ergo &c.

1.° Nego maj. non magis enim homo dici potest corpus naturale quam spiritus; igitur homo compenitur ex spiritu et corpore naturali, sed non est corpus naturale

2.° Nego minorem equidem fateor admittendam esse in homine substantiam a materia diversam nimirum illius existentiam probavimus in metaphysica sed nego substantiam hanc posse dici formam substantialem quia scilicet substantia non potest dici forma quia hinc illæ voces forma substantialis seu forma quæ substantia

Est sonam aliquid repugnans.

Ins. tam homo potest dici corpus naturale quam brutum: atqui in bruto admittenda sit aliquid a materia diversum; ergo &c.

1.° Concedo totum et dico nihil inde sequi contra nostram thesim ut patet ex responsione ad minorem mox negatam.

2.° Nego maj. quia licet in homine praeter corpus et corporis modificationes probavimus admittendam hanc substantiam spiritalem contra vero in brutis nihil reperitur praeter materiam certa ratione modificatam ut videbimus in physica et particulari, ergo &c.

Obj. 2.° ibi debet admitti forma substantialis a materia diversa ubi deprehenditur natura activa, nam materia sit inerse otiosa atq. saltem in plerisque corporibus naturalibus deprehenditur natura activa; ergo &c.

Dis. maj. ubi deprehenditur natura de se et ex sua essentia activa con. maj. activa a motu quem produxit deinde conservat nego maj. atq. &c. distincta pariter minore nego conse.

Itaque multa sunt corpora naturalia in quibus debet admitti motus, sed ille motus non venit ab ipsis corporibus nec ab aliquo principio quod sit eorum forma substantialis cum nullum sit creatum possit motum producere nec motus qui in ipso homine deprehenditur veniat à anima rationali tanquam à causa physica sed à solo Deo. igitur motus qui reperitur in corporibus animatis nihil inservire potest ad probandam existentiam formae substantialis.

Ins. in corporibus naturalibus, cum sint naturalia, debet admitti evatura atq. haec natura non sit mecanica partium dispositio; ergo &c.

Dis. maj. in corporibus naturalibus debet admitti natura passiva con. maj. activa de se et ex sua essentia nego maj. atq. &c. patet solutio.

56 Ins. de natura cujuslibet corporis naturalis idem feratur judicium ac de natura plantae et arboris: atq. haec natura non potest intelligi per solam partium dispositionem, nam debet aliquid admitti. quod hos potius exigat motus quam illos has potius quam illas materiae modificationes atq. illud debet hic forma substantialis a materia diversa, siquidem materia per se indifferens est ad quamlibet physicam modificationem et dispositionem. Ergo &c.

Ergo minorem ac cujus probationem nego iterum minorem nam ut detur aliquid exigens certos quosdam motus et certos quosdam modificationes non necesse est admittere modificatio diversas a materia, sed satis est quod in seminibus et plantarum rudimentis ab authore naturae in prima rerum genesim delineatis sit primaria quaedam partium dispositio, quae succum nutricium ostiola radicum subeuntem determinet ad certos quosdam motus et certos quasdam modificationes, sicut canales et tubuli aquam in fontibus artificialibus determinant ad certos motus et saltus: porro rem ita se habere videbimus ubi de plantis; Ergo &c.

Obj. 3.o Corpora naturalia differunt inter se et quidem incredibili diversitate: atqui id non potest explicari sine formis substantialibus; Ergo &c.

Ergo minorem nam materia quae constat infinitis numero partibus capax est infinitarum numero figurarum et motuum: unde oritur infinita et incredibilis corporum naturalium diversitas.

Ins. Corpora quae differunt inter se substantialiter habent formas substantiales a materia diversas: atq. corpora naturalia differunt substantialiter; Ergo &c.

Ergo minorem nam illa corpora non differunt substantialiter, quae differunt tantum ratione modificationum contingentium materiae atq. corpora naturalia sunt ejusmodi. sic aqua distinguitur ab igne ratione motus, figurae, dispositionis et molis suarum partium: porro ille motus, haec figura et dispositio non sunt essentiales materiae ejusmodi aquae, siquidem materia aquae potest omnes

formas lacere et aliis accidentibus fieri ignis, sicque corpora natu
ralia ratione materiae possunt in se invicem converti, unde distinc
tae sunt substantiae non diversae proprie et accurate loquendo.
Ms. ea differunt substantialiter, quae differunt essentialiter:
atq. corpora naturalia essentialiter differunt; ergo &c.
Dis. maj. ea differunt substantialiter quae differunt essenti
aliter stricte et philosophice. Con. maj. improprie et populariter
nego maj. atq. &c. distincta pariter minore nego consequen.
Itaque ea dicuntur differre essentialiter stricte et philosop
hice, quorum unum non potest converti in aliud, tales sunt
substantia et modificatio, corpus et spiritus; ea vero dicuntur
differre essentialiter improprie, quae quamvis in se invicem
converti queant, habent tamen modificationes contingentes
specie diversas, v.g. ignis et aqua dicuntur vulgo essentialiter
differre, quia habent modificationes specie diversas; verum ipsa
materia quae est subjectum modificationum ignis fieri potest
subjectum modificationum aquae: unde ignis et aqua nec subs
tantialiter nec essentialiter differunt nisi improprie et populari
ter.
Quaeritur 1.° quot sint formarum corporis naturalis species.
Respondeo infinitas esse numero diversas species formarum
corporis naturalis, quia sunt infinitae numero modificationes
diversae, v.g. infinitae numero figurae, situs, dispositiones
partium materiae, infiniti numero gradus diversi motus;
nec id mirum aliquam videri debet, cum ex vigenti quatuor
litteris alphabeti, infinite exurgant voces et termini.
Quaer. 2.° quaenam sint earum formarum proprietates.
Res. illas nobis cognitum iri ex proprietatibus corporum in
genere et in particulari.
Quae. 3.° quaenam sint causae formarum corporis naturalis.
Res. causa finalis proxima est determinatio materiae ad

Certam Corporis naturalis speciem, remota sunt Gloria Dei, Causa exemplaris sunt ideae divinae Causa efficiens sunt solus Deus, qui solus potest producere motum et agere ad extra.
Ex materia et forma simul naturaliter unitis exurgit corpus naturale sed Philosophi apud quos nihil intactum relinquitur disputant quid sit ista unio.

De Unione formae cum materia

Circa unionem formae cum materia triplex in scolis proponitur quaestio: 1.a utrum sit suspositivum et independenter a mente distinctum a materia et forma; 2.a an totum quod resultat ex materia et forma distinguatur a partibus unitis collective sumptis; 3.a denique an illud totum distinguatur a suis partibus distributive sumptis quae tria breviter solvemus.

Conclusio 1.a

Unio formae cum materia sunt suspositivum.
Probatur: nam illud dici debet suspositivum, quod concipitur, quando quidem omne intelligibile sunt sus: atque unio formae cum materia concipitur; ergo &c.
Et certe modificatio sunt sus: atque unio formae cum materia sunt modificatio concipitur enim ut modificatio et ita definitur; ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies primo si unio quae intercedit materiam inter et formam sit suspositivum vel foret unica vel duplex: atqui neutrum dici potest; ergo &c.
Respondeo illam esse duplicem, si quidem una sit in materia respectu formae, altera in forma respectu materiae. enim vero totuplex admitti debet sutis determinatio, quotuplex sunt sus determinatum: atque in unione materiae cum forma duo sunt determinantur nempe materia et forma; ergo admittenda sunt una unio in materia per quam intelligatur unita et altera in forma per quam dicatur etiam unita.

Ins unio hs entialiter reperitur inter duo; hgo non debet dici duplex ubi tantum duo sunt unita.

Nego consequentiam licet enim unio hs entialiter sit saltem duorum, attamen totuplex dici debet, quotuplex hs ens per ipsam modificatum et determinatum.

Obj. 2.° Si unio foret aliquod hs positivum, distinctum a materia et forma necessaria hs et alia unio per quam hae uniretur materiae et formae, et sic deinceps in infinitum: atq. hoc repugnat; hgo &c.

Nego maj. unio res enim non debent uniri, sed sunt id per quod hs ia inter se uniuntur.

Obj. 3.° non sunt admittenda tria principia corporis naturalis: atq. si unio sit hs positivum, jam tria erunt principia corporis naturalis; hgo &c.

Nego uniorem licet enim in corpore naturali unio sit hs positivum distinctum a materia et forma attamen non debet dici principium corporis naturalis cum unio sit ipsa met compositio liquidem compositio et positio unius cum alio, seu multorum unio.

Conclusio 2.a

Totum non distinguitur a suis partibus collective sumptis.

Pro. nam la non distinguuntur, quorum una hs et eadem idea: atq. una hs et eadem idea totius atque partium collective sumptarum, dum enim concipitur totum, concipiuntur partes collective et simul sumptae et vice versa dum concipiuntur partes collective et simul sumptae concipitur totum, hgo &c.

Dices unum et multa distinguuntur: atq. totum hs unum partes etiam collective sumptae sunt multa; hgo &c.

Dis. maj. unum et multa spectata subratione multorum distinguuntur con. maj. unum et multa spectata subratione totius et unius nego maj. atq. &c. Liquidem partes totius sunt

multa verum quando sumuntur collective non spectantur sub ratione multorum, sed sub ratione totius et sub eo respectu non distinguuntur a toto.

Ins. atq. unum et multa spectata sub ratione totius positive differunt; ergo &c.

Nego subsumptum nihil enim hunc unum quod non sit unum unitate composita, hoc est, quod non resultet ex aliis, cum totum reperiri non possit sine partibus: quod autem hunc unum unitate composita et resultat ex aliis, idem est ac multa quae considerantur sub ratione totius.

Conclusio 3a.

Totum distinguitur a suis partibus distributive sumptis.

Pro. nam ea distinguuntur quae diversi modo concipiuntur; atq. totum et partes distributive sumptae diversi modo concipiuntur; si quidem includens et inclusum diversi modo concipiuntur: atq. totum hic includens partes distributive sumptae sunt inclusae; ergo &c.

De proprietatibus Corporis Naturalis universim.

Ex superiori disputatione patet ex materia et forma naturaliter unitis resultare aliquod totum, quod appellatur Corpus naturale; illius partes distributive sumptas tractemus spectavimus: nunc juvat expendere proprietates corporis naturalis, et quidquid ad illas cognoscendas potest conferre. porro cum corpus naturale constet materia, et materia plures habeat partes quae sunt totidem substantiae, hinc sequitur corpus naturale ex divisibile, si divisibile ergo mobile; si mobile, potest etiam quiescere: motus autem et quies non possunt intelligi sine loco; si corpus sit in loco ergo existit; si existit, durat; quamobrem nobis est agendum de divisibilitate,

ZENON Autheur de la Secte des Stoiciens natif de la Ville d'Elée auquel Aristote attribue l'invention de la Logique ayant Conspiré contre le Tiran Nearque il fut mis a la torture, faignant de luy vouloir parler il luy prit loreille auec ces dents quil arracha, ayant exorté ces citoiens de secouer le joug de ce Tyran pour ne pas decouurir ses Complices, il se tronconna la langue et la jetta a la face du Tiran.

Paris Chez Vallet

loco, quiete, motu et duratione corporis naturalis.

Observa ibi nomine proprietatis corporis naturalis non hic intelligendum id quod convenit omni soli et semper, sed paulo latius sumi debet proprietas; quamvis enim quaecunque hic numerantur, excepta divisibilitate, cadere possent in spiritum creatum, attamen dicuntur a phisicis proprietates corporis naturalis, quia praesertim conspiciuntur in corpore naturali et peculiari modo ipsi convenium.

De divisibilitate materiae.

Quando corpus naturale consideratur in statu naturali, id est, quatenus habet partes quae sunt substantiae extra se invicem positae, appellatur continuum seu extensum: cum autem continuum concipiatur tanquam constans ex multis partibus quarum phisici an illae partes sint numero finitae an infinitae, et consequenter utrum continuum sit divisibile in infinitum necne.

Circa hanc controversiam sex praesertim in scolis numerantur sententiae, quas referemus habita ratione connexionis, quam habent inter se, non temporum quibus fuerunt propugnatae.

1.a Sententia est Zenonis qui volunt continuum constare ex punctis numero finitis et inextensis, id est quae omnem omnino excludunt extensionem. haec puncta dicuntur Zenonica seu atomi Zenonicae, vel puncta matematica.

Ubi observabis puncta Zenonica confundi non debere cum punctis Geometricis, nam punctum Zenonicum est pars extensionis, quae omnem omnino extensionem excludit. punctum vero geometricum est pars extensionis quae abstrahit a sua extensione seu quae consideratur nulla habita ratione extensionis, atque punctum est inseparabile. pariter apud Zenonem linea est extensio in longum cum exclusione latitudinis et profunditatis; superficies est extensio in longum et latum cum exclusione profunditatis. verum geometrae nomine lineae intelligunt extensionem

in longum abstrahendo a latitudine et profunditate et per superficiem intelligunt extensionem in longum et latum nulla habita ratione profunditatis a qua tamen inseparabilis est.

2.a Sententia est Heberti olim in collegio Gervasiano matheseos professoris et postea causarum patroni in suprema parisiensi curia, qui ut puncta zenonica tueri et ex illis continuum conflare posset, asseruit continuum constare ex punctis inextensis sed numero infinitis, ratus id quod deest ex parte extensionis posse compensari infinito punctorum numero, sed perperam ut infra videbimus.

3.a Sententia est quorumdam hominum qui asseruerunt continuum constare ex punctis realiter indivisibilibus et inextensis, sed virtualiter tamen extensis et divisibilibus: illa autem puncta cum illorum opinionem ita possunt intumescere et inflari, ut loco modo majoris, modo minoris extendantur. Hinc illius opinionis authores dicti sunt inflatores.

4.a Sententia est Epicuri, et Gassendi qui superiori seculo renovavit illius antiqui philosophi placita: igitur contendit Gassendus cum Epicuro continuum constare ex punctis extensis, sed etiam ipsi Deo indivisibilibus: hinc negat materiam divisibilem in infinitum.

5.a Sententia est Carthesii, qui, argumenta quae adversus alias opiniones proponuntur effugere volens, asseruit continuum esse divisibile, non finite, nec in infinitum, sed in indefinitum: unde Carthesiani affirmant partes in continuo non esse numero finitas, nec infinitas, sed indefinitas.

6.a Sententia est eorum qui simul cum Aristotele fatentur continuum esse divisibile in infinitum, sed nihilominus negant infinitas esse actu partes in continuo, quia, inquiunt, ante actualem divisionem partes non sunt actu distinctae, nec proinde facium numerum, cum numerus sit quantitas discreta, hoc est multitudo partium discretarum seu separatarum;

haec ultima sententia partim a nobis probatur, partim improbatur: itaque sit

Conclusio 1.a

Partes in continuo sunt actu distinctae ante actualem divisionem.

Pro. nam partes continui sunt actu distinctae ante divisionem actualem, si distinctio non pendeat ab actuali divisione, immo a separabilitate: atq. resita se habet quod enim praesupponitur divisioni actuali, atque etiam separabilitati partium, illud non pendet ab actuali divisione, nec ab ipsa separabilitate atq. talis sit distinctio actualis; ad hoc enim satis est quod prius sit partes sic actu inter se distinctas, quam actu separari et dividi, immo quam sic separabiles: atqui resita se habet sic prius est sex sic pedes actu inter se distinctos in sexpeda, quam ea sexpeda dividatur actu, immo possit dividi in sex pedes; ergo si continuum sit divisibile in infinitum ut concedunt peripatetici, sunt in continuo partes numero infinitae actu distinctae.

Et certe absurdum sit id quod multiplex non sit ratione suarum partium actualium posse fieri multiplex actu secundum duas partes, si quidem multiplicitas non potest stare cum unitate indistinctionis: atq. si partes in continuo non forent actu distinctae et plures ante divisionem quamlibet actualem continuum quod ratione suarum partium non sit multiplex sed unum unitate indistinctionis, in ipsa divisione actuali fieret multiplex secundum suas partes actuales; sicque divisio actualis poneret partes in continuo, quod nullo pacto dici potest. igitur quando quidem concedit Aristoteles continuum sic divisibile in plures partes, necesse sit etiam ut fateatur has partes esse in continuo, et quidem actu distinctas antequam dividantur, immo antequam designentur, nisi enim jam essent et existerent, nec dividi nec designari possent.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.o quod sit unum, non constat partibus actu distinctis;

atqui continuum ante divisionem actualem est unum; ergo &c.
Dis. maj. quod est unum unitate simplici, non constat ex &c. Con. maj. unitate composita nego maj. atq. &c. dispari
minore nego consequentiam.
Itaque si daretur aliquid unum unitate simplici, illud non constaret partibus actu distinctis, cum nullas haberet partes; sed nihil datur unum hac unitate. igitur continuum est unum unitate composita: nam resultat ex multis partibus simul positis: unde sicut divisio actualis non facit distinctionem, ita nec unio actualis destruit distinctionem, et consequenter quamvis illae partes sint conjunctae in continuo, semper remanent actu distinctae.
Ms. nihil est unum simul et multiplex; atq. si partes in continuo remanerent semper actu distinctae ante actualem divisionem, continuum esset unum simul et multiplex; ergo &c.
Dis. maj. nihil est unum simul et multiplex sub eadem ratione Con. maj. sub diversa ratione nego maj. atq. &c. dispariter minore nego consequentiam.
Itaque aliquid non potest esse unum simul et multiplex sub eadem ratione, sed potest esse unum ratione totius et multiplex ratione suarum partium: porro hoc sensu continuum dicitur unum et multiplex, immo cum quodlibet totum multis constet partibus, simul est unum et multiplex, quaquidem in re nihil est absurdi.
Obj. 2°. si partes continui ante actualem divisionem forent distinctae, daretur numerus in continuo: atq. non potest dari numerus in partibus continui ante actualem divisionem, nam numerus ut pote quantitas discreta, non potest reperiri nisi inter partes divisas nulloque communi vinculo connexas; ergo in continuo non est numerus et consequenter nulla distinctio partium in continuo ante actualem divisionem.

Nego minorem ad cujus probationem nego numerum non pone
dari nisi in illis partibus quae nullo sunt vinculo communi conn
exae et quae sunt divisae equidem numerus est quantitas discreta
sed falsum est quantitatem discretam non reperiri nisi inter partes
divisas et nullo vinculo inter se conjunctas nam in homine corpus
et mens sunt duae substantiae licet autem non sint divisae; in divinis,
si licet sacra miscere profanis, personae sanctissimae trinitatis
sunt numero tres, tamen non sunt divisae et separatae, immo
sunt indivisibiles et inseparabiles. itaque numerus seu quanti
tas discreta non modo reperitur inter partes divisas, sed etiam
inter partes divisibiles, imo invenitur inter ea quae sunt indivi
sibilia et inseparabilia, quamobrem quantitas discreta, ut diximus
in logica, debet definiri pluralitas seu multiplicitas partium, sive
ex partes sint inseparabiles, sive separabiles.
Ins. posita responsione ubi foret quantitas continua, ibi etiam
reperiretur quantitas discreta; absurdum consequens; ergo et ant.
Nego minorem nam ubi est totum, ibi sunt partes, v.g. ubi est
exapeda, ibi sex sunt pedes, nam exapeda sex constat pedibus.
Jam vero totum est quantitas continua, et partes sunt quantitas
discreta, sicque sub diverso respectu quantitas continua et discreta
reperiuntur simul.
Obj. 3.° illa non distinguuntur, quae non possunt separari actu:
atq. omnes continui partes non possunt separari actu; ergo &c.
Dis. maj. illa non distinguuntur, quae distributive et determinate
sumpta non possunt separari transeat maj. quae collective et inde
terminate sumpta non possunt separari nego maj. atq. &c.
dis. pa. min. nego cons. itaque si omnes continui partes coll
ective et indeterminate sumantur, non possunt actu separari;
quaecumque enim fiat separatio et divisio, semper remanebunt
infinitae numero partes separandae, cum quaelibet pars separata con
tineat actu distinctas alias partes; sed si illae partes distributive
et determinate sumantur, possunt separari, quoniam nulla

in pars determinata, quae non sit substantia separabilis ab alia parte etiam determinata.

Dixi transeat ad 1.um membrum distinctionis. falsum enim in illa non distingui actu, quae distributive sumpta non possunt separari actu. Siquidem partes spatii actu distinguuntur et tamen distributive sumptae non possunt separari a se invicem igitur ut alibi probavimus, distinctio actualis non pendet a separabilitate.

Postquam demonstratum est partes continui esse actu distinctas ante actualem divisionem, nunc probandum suscipimus 1.o in qualibet extensione esse infinitas numero actu extensiones minores et minores in infinitum. 2.o in continuo existere infinitas numero partes quae sunt totidem substantiae, quare sit

Conclusio 2.a

In qualibet extensione dantur infinitae numero actu extensiones minores et minores in infinitum.

Pro. nam in qualibet extensione debent admitti infinitae numero actu extensiones minores et minores in infinitum, si in quavis extensione non possit dari pars quae non habeat alias extensionis partes minores et minores in infinitum: atq. resistat se habet vel enim in extensione quavis pars extensionis quaelibet duos alios habet extensionis partes minores et sic de aliis in infinitum, vel constat ex inextensis zenonicis: atq. repugnat posterius. nam continuum non constat ex iis quae non possunt facere extensum: atq. puncta zenonica non possunt facere extensum; quae enim sibi addita se se penetrarent, non possunt facere extensum; atq. puncta zenonica sibi invicem addita se se penetrarent, quae enim se tangerent secundum se tota, illa se se penetrarent: atq. puncta zenonica sibi invicem addita se se tangerent 2.um se tota; quae enim non haberent partes secundum quas se tangerent, et alias secundum quas non se tangerent, illa 2.um se tota se tangerent: atq. puncta zenonica non haberent partes secundum quas se tangerent et alias 2.um quas non se tangerent: quae enim partes extendunt quaslibet, non haberent partes 2.um quas se tangerent et alias 2.um quas non se

tangerem: atq. puncta Zenonica quaslibet excludunt partes, hoc &c.
proindeque &c.

Et certe si non possit dari magnitudo omnium minima, debent admitti in qualibet extensione partes extensionis minores et minores in infinitum: atq. dari non potest magnitudo omnium minima; nam si posset dari haec pars extensionis omnium minima illa finitis vicibus repetita posset metiri quantitates finitas, v.g. diagonalem et lateralem ejusdem quadrati: atq. demonstratur in elementis geometriae diagonalem et lateralem hae lineas vicinum ensurabiles, id est, nullum dari posse quantitatem, quae certis vicibus repetita illas lineas metiatur; hoc &c.

Denique sint duae lineae parallelae AB et CD in infinitum protensae, inter quas sit perpendicularis EF unius v.g. sedis: tum ex aliquo unius parallelae puncto, v.g. A ducantur lineae rectae ad varia alterius parallelae puncta, nimirum G H I K L M &c. quae lineae transeant omnes per lineam perpendicularem. his peractis sic instituitur argumentatio: magnitudo quae secari potest in partes minores et minores in infinitum, continet partes minores et minores in infinitum: atq. perpendicularis illa pedalis secari potest in partes minores et minores in infinitum; cum enim in utraque parallela sint ultra perpendicularem infinita numero puncta, ab assumpto puncto A duci possunt lineae rectae ad puncta remotiora et remotiora in infinitum: jam vero hae lineae rectae vel secabunt perpendicularem in partibus distinctis, vel multae transire poterunt per eandem numero partem hujus perpendicularis: atq. posterius dici non potest; nam omnes illae lineae supponuntur rectae et ab eodem puncto ad distincta puncta ductae: atq. lineae rectae ab eodem puncto ad distincta puncta ductae non possunt concurrere in via seu in perpendiculari hoc secare debent perpendicularem in partibus distinctis; proindeque &c.

Solvuntur objectiones

Obj. 1.° repugnat quamlibet magnitudinem hic actu infinitam: atq. si quævis extensio infinitas habeat extensiones minores et minores in infinitum, magnitudo quælibet erit actu infinita; ergo &c.

Dis. maj. repugnat quamlibet magnitudinem hic actu infinitam in extensione con. maj. in numero partium nego maj.: atq. &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque repugnat quamlibet magnitudinem hic infinitam in extensione concipitur enim magnitudo finita et terminata v.g. exapeda triangulum &c.; at vero nihil est absurdi quamlibet magnitudinem esse infinitam in numero partium minorum et minorum in infinitum, sicut, licet quodlibet ens esse infinitum in suis perfectionibus repugnet, non repugnat tamen quodlibet ens, si metaphysice spectetur, esse infinitum in numero suarum formalitatum.

Ms. illud est infinitum actu in extensione, quod constat infinitis numero partibus extensis: atq. si quælibet magnitudo constat ex infinitis numero extensionibus, licet minores et minores in infinitum supponantur, constabit ex infinitis numero partibus extensis: ergo &c.

Dis. maj. illud est infinitum in extensione, quod constat infinitis numero partibus extensis aliquotis et æqualibus con. maj. partibus proportionalibus et inæqualibus nego maj.: atq. &c. dis. pari minore nego consequentiam.

Itaque partes duplicis generis distinguuntur, nimirum aliquotæ seu æquales et proportionales seu inæquales.

Partes aliquotæ sunt partes certæ et determinatæ magnitudinis, ut pollex pes, exapeda, unde aliquoties repetitæ totum exaurium et mensuram, v.g. pes sexies repetitus dat exapedum.

Partes proportionales seu inæquales sunt partes incertæ et indeterminatæ magnitudinis quæ nimirum crescunt

decrescunt servata proportione totius cujus sunt partes. v.g. medietas pedis et ejus medietatis medietas; sic etiam se habet triens, quadrans &c.

Equidem quod constat infinitis numero partibus extensis aliquotis et aequalibus, illud est infinitum actu in extensione, sic magnitudo quae constaret ex infinitis numero pedibus foret infinita in extensione; secus vero si constet ex infinitis tantum partibus proportionalibus et inaequalibus nam in quantitate pedali sunt infinitae numero partes proportionales, v.g. medietates et medietatum medietates quae sunt minores et minores in infinitum: ergo &c.

Ms. illud est infinitum actu in extensione, quod infinite superat magnitudinem aliquam quantumvis exiguam: atq. magnitudo constans infinitis numero partibus proportionalibus licet minoribus et minoribus in infinitum, superat infinite magnitudinem aliquam; ergo &c.

Dis. maj. quod infinite superat magnitudinem aliquam certae et determinatae extensionis con. maj. incertae et indeterminatae extensionis nego maj. atq. &c. dis. p. mi. nego conseq.

Itaque magnitudo dicitur certae et determinatae extensionis, quando illius extensio potest designari ut certa quaedam pars v.g. millesima magnitudinis finitae.

Magnitudo dicitur incertae et indeterminatae extensionis quando determinari non potest quota sit pars alterius magnitudinis finitae, tales sunt partes proportionales v.g. medietates trientes quadrantes &c. his positis patet solutio.

Ms. cum heberto, se habet totum ad aliquam sui partem, sicut numerus ad unitatem: atq. quando numerus infinite superat unitatem, tunc est infinitus; ergo a pari si magnitudo superat infinite aliquam sui partem, debet esse infinita in extensione.

Dis. maj. se habet totum ad aliquam sui partem aliquotam et aequalem sicut numerus ad unitatem con. maj. ad aliquam

sui partem proportionalem et inequalem: sequitur maj. atq. &c.
concessa minore et distincto pariter consequente sequitur conse
equidem totum se habet ad aliquam sui partem aliquotam
et determinatam sicut numerus ad unitatem v.g. per se habet ad
digitum sicut numerus duodenarius se habet ad unitatem, quemad
modum enim unitas continetur duodecies in numero duodena
rio, ita digitus duodecies continetur in pede: sed totum non se
habet ad suas partes proportionales, sicut numerus ad unitatem,
quia partes proportionales eandem non habent rationem ad totum
quam habent unitates ad numerum.
Ins. tam partes extensionis proportionales constituunt extensio
nem infinitam, quam partes aliquotae: atq. partes aliquotae consti
tuunt extensionem infinitam. ergo &c.
Sequitur maj. et paritatem ratio disparitatis in quod partes aliquo
tae seu aequales determinatam habeant extensionem partes autem
proportionales non habeant ~~prop~~ determinatam extensionem scilicet clare con
cipiuntur eam extensionem hic infinitam ratione magnitudinis
quae componitur ex infinitis partibus extensionem determinatam
habentibus v.g. ex infinitis pedibus: aliunde vero clare pariter concipiuntur
partes minores et minores in infinitum constituere non pone
magnitudinem infinitam, quod exemplo familiari sic ostendi
potest. Si quis pannum haberet ea lege ut 1° acciperet ulnam
tum mediam partem alterius ulnae postea mediam partem
residui et sic in infinitum per medietatum medietates, evidens
in illum nunquam habiturum hic duas ulnas integras quia
semper decrescit aliquid ex 2.a ulna; ergo signum in partes minio
res et minores in infinitum constituere non pone magnitud
inem infinitam.
Ins. ubi sunt partes majores et majores in infinitum ibi in
magnitudo actu infinita: atq. ubi sunt partes minores et mi
nores in infinitum ibi quoque sunt partes majores et majores

in infinitum; hoc &c.
Dis. maj. ubi sunt partes majores et majores in infinitum, quarum datur minima determinatae magnitudinis ibi sunt partes majores et majores in infinitum con. maj. secus nego maj. itaque ubi sunt infinitae numero partes proportionales, ibi sunt partes majores et majores in infinitum; sed omnium illarum partium non datur minima quae sit determinatae magnitudinis; unde efficere non possunt magnitudinem infinitam in extensione. Solae enim partes determinatae magnitudinis id praestare possunt, v.g. digiti, pedes, exapedae &c.
Obj. 2.° debet hic discrimen inter magnitudinem finitam majorem et finitam minorem: atq. si utraque constet partibus numero infinitis extensis, nullum hic inter illas discrimen: hoc &c.
Dis. maj. inter magnitudinem finitam majorem et finitam minorem debet hic discrimen ratione partium aliquotarum con. maj. ratione partium proportionalium nego maj.: atq. &c. dis. pariter minore nego consequentiam.
Revera inter magnitudinem finitam majorem et finitam minorem debet hic discrimen ratione partium aliquotarum, plures enim partes aliquotae reperiuntur in majore quam in minori quantitate, v.g. exapeda septuaginta duos pollices, quantitas vero pedalis duodecim tantum continet; sed non differunt ratione partium proportionalium, sicut enim exapeda duas habet medietates quatuor quadrantes octo semiquadrantes et sic in infinitum, ita et quantitas pedalis duas habet medietates quatuor quadrantes &c.
Obj. 3.° Si quaelibet magnitudo constaret infinitis numero extensionibus, magnitudo finita non posset percurri nisi in infinito temporis intervallo: atq. hoc repugnat; hoc &c.
Dis. maj. magnitudo finita non posset percurri nisi intervallo temporis infinito ratione partium proportionalium con. maj.

ratione partium aliquotarum nego maj. ratione partium
itaque ratiocinandum est de qualibet duratione sicut de
qualibet magnitudine: unde quemadmodum in quavis mag
nitudine sunt partes extensionis minores et minores in infinitum
ita a pari in qualibet duratione sunt partes minores et minores
in infinitum; quia non magis duratio potest constare ex iis
quae excludunt durationem, quam magnitudo potest componi ex
iis quae excludunt extensionem: jam vero ad percurrendam mag
nitudinem infinitam ratione partium aliquotarum requiri
tur tempus seu duratio infinita etiam ratione partium aliquo
tarum; nam in eo spatium quod percurritur et tempus quod
insumitur in illo percurrendo, debet dari proportio; verum
ad percurrendam magnitudinem infinitam ratione partium
proportionalium, id est, minorum et minorum in infinitum,
requiritur duntaxat tempus infinitum ratione partium
proportionalium.

Ms. absurdum est mobile decies alterum velocius motum non posse
ipsum assequi, modo nomine tardius supponatur aliquo spatio antecedere
velocius: atque tamen id sequeretur ex nostra sententia: nam supponatur
mobile tardius una leuca velocius antecedere: in hac hypothesi
dum mobile velox percurret leucam, mobile tardum unam deci
mam partem 2ae leucae percurret; pariter dum mobile veloci
us percurret decimam hanc 2ae leucae partem, mobile tardius percur
ret unam decimam partem alterius decimae partis 2ae leucae,
et sic in infinitum; ergo &c.

Nego minorem ad cujus probationem nego forem in allata
hypothesi mobile velociter agitatum nunquam assequatur
mobile tardum; ipsum enim assequetur antequam confecerit
2am decimam partem 2ae leucae, ut constat ex eo quod mobilium
illorum translationes supponantur uniformes, et mobile velocius
supponatur percurrere leucam dum mobile tardius percurrit
decimam leucae partem unde dum mobile tardius percurret

2am decimam partem 2ae leucae, mobile velox percurrere 2um leucam integram. hinc habenda ln ratio partium aequalium durationis non autem proportionalium, quando quidem translationes supponuntur uniformes.

Conclusio 3a.

Admittenda sunt in continuo infinitae numero partes quae substantiae sint.

Pro. nam ubi sunt infinitae numero partes extensionis extra se invicem essentialiter positae ibi debet hic subjectum seu substantia habens infinitas numero partes quae substantiae sint extra se invicem positas, vel haec substantia debet hic tota substantialiter sub singulis illius extensionis partibus atque per precedentem conclusionem sunt in continuo quovis infinitae numero partes extensionis et aliunde fatentur adversarii continuum non hic totum sub singulis extensionis suae partibus numero infinitis, ergo &c.

Conclusio 4a.

Continuum divisibile ln in infinitum.

Pro. nam continuum, ex superiori conclusione, constat ex infinitis numero partibus substantialibus: atque quod constat ex infinitis numero partibus substantialibus, illud ln in infinitum divisibile; illud enim ln in infinitum divisibile, quod habet infinitas numero partes divisibiles et a se invicem separabiles: atque quod constat ex infinitis numero partibus substantialibus, habet infinitas numero partes divisibiles et a se invicem separabiles; nam illae partes sunt divisibiles et a se invicem separabiles quae possunt separatim existere: atque partes substantiales possunt separatim existere; illae namque partes possunt separatim existere, quae neque ratione sui neque ratione suarum modificationum pendent a se invicem ut existant, atque partes quae sunt totidem substantiae neque ratione sui, neque ratione suarum modificationum pendent a se invicem ut existant; 1.o quidem ratione sui, ln enim ipso quo substantiae

sunt, per se subsistunt, nec proinde indigent subjecto cui insent et inhereant; 2° ratione suarum modificationum, si quidem possunt seorsim ab aliis determinate sumptis suas habere modificationes, nempe citum, figuram, motum variasque motus determinationes: ergo partes substantiales neque ratione sui, neque ratione suarum modificationum pendent a se invicem ut existant; proindeque &c.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1° absurdum est granum millii in tot superficies posse dividi, ut terraqueum globum obtegeret: atq. si continuum foret in infinitum divisibile, granum millii posset dividi in tot superficies ut terraqueum globum obtegeret: ergo &c.

Ego maj. nam illud non est absurdum quod cuilibet attendenti et reflectenti patet evidenter: atq. quisquis attendit et reflectit ad naturam continui et illius partium concipit non modo granum millii, sed millesimam illius partem, si divideretur, posse obtegere totam superficiem terrae solis, lunae et planetarum omnium. Cum enim granum millii non possit dividi in superficies quae careant profunditate pars illius millesima in superficies divisa poterit adequare immo superare superficiem omnium planetarum.

Ins infinitum non potest multiplicari, atq. posita illa responsione multiplicaretur; ergo &c.

Ego minorem tum enim non multiplicatur infinitum quando partes quae sunt in unaquaque proportione materiae, non sunt quid minus ratione numeri, quam partes quae sunt in omnibus materiae portionibus: atq. partes quae reperiuntur in qualibet portione materiae v.g. in granum millii, non sunt quid minus ratione numeri, quam partes quae sunt in globo terraqueo; hinc vero in numero infinito non sunt tantum infinitae unitates, sed etiam infinitae

triades dualitates quaternitates &c.
Ins. hinc sequeretur tot hic partes in grano millii, quot sunt in universo orbe: atq. hoc absurdum est; ergo &c.
1.° Ergo maj. nam in dictum est in metaphisicis, voces illae tot quot non debent admitti in numero infinito sed finito tantum; quapropter ex nostra responsione sequitur duntaxat quod numerus partium quae substantiae sunt in universo orbe nihil haberet determinabile per quod excederet numerum partium quae sunt in grano millii; quod verum est.
2.° Ergo minorem ad hoc enim satis est quod universus orbis et granum millii nullo modo differant ratione numeri partium. atq. res ita se habet; quemadmodum enim sunt infinitae numero partes in orbe universo, ita sunt infinitae numero partes in grano millii. in eo igitur duntaxat differunt orbis universus et granum millii quod partes grani millii sint minores, partes vero universi sint majores. quamvis autem haec sensibus et imaginatione attingi non possent non idcirco negari debent. Pluribus enim comprobantur exemplis quibus demonstratur infinitas hic numero partes minores et minores in infinitum in corporibus vel minutissimis v.g. microscopii auxilio detegunt animalcula quae vix millesimam grani millii adequant partem; attamen illa animalcula vivum generant et consequenter sunt omnibus organis necessariis ad vitam et generationem instructa, in ipsis dantur musculi nervi, venae, arteriae, pulmones &c. debet et in illis organis perpetuo fluere liquor et succus quo vivant, crescant et nutriantur haec non modo animalcula, sed etiam ipsa organa. Cubus auri quinque lineis altus ab artificibus dividitur in ~~[illegible]~~ 600000 et amplius superficies sensibiles basi illius cubi aequales ro altius prima parte physice capite nono articulo decimo hinc patet evidenter necessario admittendas hic partes quae sunt substantiae minores et minores in infinitum

Obj. 2.° Si forem infinitæ numero partes in corpore vel tenuissimo orbis universus nihil adderet v.g. grano millii: atq. id absurdum h.; ergo &c.

Dis. maj. orbis universus nihil adderet numero partium grani millii con. maj. magnitudini ejus nego maj. atq. &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque nihil addi potest infinito sub ea ratione sub qua infinitum h., cum igitur, ut in universo orbe, sic in grano millii sint infinitæ numero partes, nihil potest addi grano millii quod augeat numerum illius partium, sed quia plures sunt partes aliquotæ et æquales in universo orbe quam in grano millii, orbis universus aliquid addit grano millii ratione illius extensionis, id h., auget illius extensionem et magnitudinem.

Obj. 3.° quod h. in infinitum divisibile potest supponi divisum cum posito possibili in actu nihil sequatur absurdi atq. quod potest supponi actu divisum constat ex partibus indivisibilibus et in extensa, quia si illæ partes forent adhuc extensæ, non forent actu divisæ, quod repugnat hypothesi; ~~quod repug~~ ergo &c.

Dis. maj. illud potest supponi divisum quod h. in infinitum divisibile divisibilitate consommabili con. maj. inconsummabili nego maj. atq. &c. dis. par. min. nego con.

Revera illud dicitur divisibile divisibilitate consommabili cujus partes sunt actu finitæ, aut sic infinitæ sunt numero, sunt omnes determinatæ magnitudinis illud h. divisibile divisibilitate inconsummabili in quo facta quavis divisione super h. semper aliquid dividendum: porro continuum divisibile h. divisibilitate inconsommabile quæcumque enim fiat divisio in illius partibus, non potest pervenire ad partem quæ non possit amplius dividi si quidem nulla h. quæ sit omnium minima, nec constet aliis partibus: quod autem in composito possibili in actu nihil sequi absurdi, id verum h. quando ponitur in actu eo modo quo possibile h., quare cum divisibi-

citas

Continuum sit inconsummabilis ipsa non potest supponi consumpta
sicut deus non potest supponi durasse quantum durare potest,
quia ipsius duratio est inconsummabilis et interminabilis.
Obj. 4.° Cum Zenone continuum constat ex punctis Zenonicis;
ergo non est in infinitum divisibile
Nego antecedens nam continuum non constat ex iis quae
non possunt facere extensum: atq. puncta Zenonica extensum
facere nequeunt, ut constat ex dictis ubi probavimus in extensio
ne quavis admittendas esse infinitas numero partes extensionis
minores et minores in infinitum. Et certe continuum non
constat ex punctis Zenonicis, si tria v. g. puncta Zenonica in direc
tum juxta se invicem immediate posita, non possent constituere
lineam: atq. resistere se habet; nam id facerent lineam duo
extrema puncta 1.um scilicet et tertium, deberent a se invicem
distare, cum linea finita nec esse, nec concipi possit sine distan
tia inter duo illius extrema: atq. in sententia Zenonis 1.um
et 3.um punctum a se invicem non distant; nam illa a se
invicem non distant interque nullum intercipitur spatium:
atq. inter 1.um et 3.um punctum nullum intercipitur spatium,
si quidem intercipitur duntaxat medium punctum: atq. ut
punctum illud non occupat spatium cum sit in extensum
in mente Zenonistarum.
Denique rejiciendo hanc sententiam ex qua sequuntur abs
urda: atq. plurima sequuntur absurda ex sententia Zenonis.
Nam absurdissimum est mobile velocissimum assequi non posse
mobile tardissimum per eandem lineam et 2.um eandem deter
minationem translatum; absurdum est pariter dari lineam
in extenso puncto minorem, et alias adhuc ipsa minores: atq.
hoc utrumque sequitur ex sententia Zenonis.
1.° mobile velocissimum nunquam poterit assequi mobile
tardissimum per eandem lineam et secundum eandem determina
tionem

trans latum nam incipiat v.g. mobile velocissimum percurrere aliquam lineam, postquam ejusdem lineae quatuor aut quinque puncta jam percurrit mobile tardissimum: atq. in illa hypothesi mobile velocissimum nunquam poterit assequi mobile tardissimum; quia dum mobile velocissimum percurret primum punctum lineae mobile tardissimum quantumvis lente progrediatur, non poterit minus percurrere quam sextum suae lineae punctum, cum illud punctum careat media aut tertia parte quae possit percurri a mobili tardissimo. pariter dum mobile velocissimum percurret secundum punctum lineae mobile tardissimum non poterit minus percurrere, quam septimum ejusdem lineae punctum, ob eandem rationem, et sic de aliis punctis, hoc &c.

2.° Darchu linea in extenso puncto minor et aliae adhuc minores, quod probatur exemplo sequenti. Sit triangulum isoseles ~~cujus basis a b cons~~



sit triangulum isoseles cujus basis a b constet duodecim punctis zenonicis latera vero a c et b c se singula habeant triginta puncta. possunt duci lineae a singulis punctis unius lateris ad singula alterius lateris puncta ascendendo a basi ad verticem trianguli: atq. in illa hypothesi dabitur linea minor puncto in extenso, et aliae dabuntur adhuc ipsa minores; cum enim basis supponatur constare duodecim duntaxat punctis linea basi proxima et transversim ducta ab uno latere ad aliud, undecim tantum constabit punctis, ut pote minor basi propter mutuam laterum ad se invicem inclinationem; 2.a linea ob eandem rationem decem tantum constabit punctis et sic deinceps, duodecima denique unum duntaxat habebit punctum, sicque decima tertia erit in extenso puncto minor, et dabuntur aliae adhuc ipsa minores et minores, quod hi

Pl. 7.

fig. 54



fig. 55



fig. 56



fig. 57



fig. 57



A Paris chez Hecquet ruë S.t Jacq. à l'Image S.t Maur.

absurdum. Ergo &c.

Ins. continuum potest constare punctis Zenonicis si revera dentur in continuo puncta Zenonica: atq. resita se habet; nam dantur ejusmodi puncta modo globus perfecte rotundus impositus plano perfecte plano, ipsum tangat in puncto inextenso: atq. resita se habet. Ergo &c.

Nego minorem ad cujus probationem dis. maj. modo globus perfecte rotundus impositus plano perfecte plano, ipsum tangat in puncto inextenso, id est excludente omnem extensionem con. maj. in puncto inextenso, id est, spectato nulla habita ratione extensionis quae ipsi revera convenit nego maj. atq. &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque punctum in quo tangitur planum est inextensum geometrice non vero Zenonice, id est, spectatur nulla habita ratione extensionis, quamvis revera extensionem habeat.

Ins. atqui planum tangitur a globo in puncto revera inextenso. nam si punctum contactus utriusque corporis non esset revera inextensum, a centro globi possent duae saltem duci lineae rectae aequales ad illud punctum: atq. geometrae negant id posse fieri. Ergo &c.

Dis. maj. a centro globi possent duae saltem duci lineae rectae aequales ad illud punctum physice spectatum con. maj. geometrice spectatum nego maj. atq. &c. distincta pariter minore nego ciam.

Itaque ut supra dictum est, punctum contactus globi et plagi potest, sicut et globi centrum, spectari physice et geometrice. Spectatur geometrice quando consideratur nulla habita ratione extensionis quam actu et de facto habet, consideratur physice quando habetur ratio illius extensionis.

Equidem si spectatur physice a centro globi ad illud punctum non tantum duae sed infinitae numero lineae dici possunt, quia sub hoc respectu habet extensionem quae constat infinitis numero partibus, ut supra vidimus; contra vero si spectetur geometrice, quoniam

Sub illo respectu nullam habet extensionem seu abstrahi ab extensione, merito asserunt geometrae a centro globi ad unum et idem circumferentiae punctum, unam duntaxat posse duci lineam.

Ins. tum puncta zenonica licet inextensa possunt facere extensum, quam unitates licet non sint numerus possunt facere numerum: atq. unitates licet non sint numerus possunt facere numerum. Ergo &c.

Dis. maj. tam puncta zenonica licet inextensa possunt facere extensum, quam unitates zenonicae possunt facere numerum con. maj. quam unitates geometricae nego maj. atq. &c. dista pter minore nego consequentiam.

Itaque unitates, sicut puncta, aliae dicuntur zenonicae, aliae geometricae. unitates zenonicae forent illae, quae ita forent simplices, ut ex aliis unitatibus non componerentur, sed excluderent omnem compositionem, ut puncta zenonica excludunt omnem extensionem. unitates geometricae sunt illae quae licet ex aliis unitatibus componantur, spectantur tamen nulla habita ratione, illarum unitatum ex quibus componuntur. igitur sicut puncta zenonica non possunt constituere extensionem, sic unitates zenonicae non possunt facere numerum, 1.° quia illae unitates et illa puncta repugnant, 2.° quia nihil potest fieri et constitui per ea quae ipsum excludunt: porro unitates zenonicae excludunt numerum, et puncta zenonica excludunt extensionem, verum, sicut ex punctis geometricis fit extensum, ita ex unitatibus geometricis potest fieri numerus.

Ins. in omni composito debent admitti quaedam componentia simplicia. atq. sola inextensa sunt componentia simplicia, ergo &c.

Nego maj. nam compositum vel hic metaphisicum, vel phisicum. atq. in neutro dantur componentia simplicia: 1.° in composito metaphisico, demonstratum enim hic nihil hic metaphisice simplex, quia quodlibet hic metaphisicum constat genere et differentia, et in ipso dantur infinitae numero formalitates. inum vero probamus nullum hic phisicum hic simplex; ergo &c.

Obj. Ins. Ex duplici argumento geometrico supra relato nihil probatur contra Zenonem, si argumenta ~~mate~~ mathematica non debent transferri ad res phisicas: atq. resita se habet: nam illud fieri non debet quod mentibus nostris magnam ingenerare confusionem: atq. si argumenta matematica transferrentur ad res phisicas magna in mentibus nostris inde nascere tur obscuritas et confusio quia eorundem hisium diversi respectus et sensus prorsus dissimiles promiscue sumerentur, Geometria enim considerat quantitatem in abstracto, Phisica vero eandem considerat in concreto; ergo &c.

Ergo minorem veritas enim non debet afferre veritati et cognitio unius veritatis sternit viam ad cognitionem alterius. enim vero tam argumenta ex mathesi deprumpta possunt transferri ad phisicam, quam ad opticam, mecanicam et astronomiam, cum omnes illae scientiae non minus quam phisica spectent quantitatem in concreto et dependenter a materia: atq. tamen argumenta matematica optime transferuntur ad opticam, mecanicam et astronomiam; omnia enim principia mecanicae et astronomiae depromuntur ex mathesi; ergo &c. ad probationem autem negotiam minorem jusque probationem. Si enim in mente nostra oriretur confusio ex eo quod argumenta matematica transferuntur ad res phisicas, quatenus matematici considerant quantitatem in abstracto, phisici vero in concreto, hinc sequeretur cognitionem unius partis nocere cognitioni totius, abstractum enim sit pars concreti: absurdum consequens; ergo et antecedens.

Ins. Si argumenta matematica transferrentur ad res phisicas, a statu ideali et mere intelligibili ad statum realem positivumque fieret transitus: atq. id fieri nequit; ergo &c.

Ergo minorem si enim nullum aliud sit certitudinis philosophicae motivum praeter ideas nostras, profecto a statu ideali et mere intelligibili ad statum realem positivumque valet

transitus: atq. res ita se habet, quidquid huic vel convenit huic
ut sic substantiae ut sic modificationi ut sic excepta superiorita-
te et iisque pertinent ad superioritatem, illud potest affirmari
de quolibet lute, de qualibet substantia de qualibet modificatione
siquidem potest, ut probatum fuit in logica, affirmari sine
ullo horis metu, de substantia et modificatione quidquid inclu-
ditur in idea substantiae et modificationis. hinc quia de idea
substantiae huic sic hus per se subsistens, de qualibet substan-
tia potest affirmari quod per se subsistat.

Et certe si a statu ideali et mere intelligibili non liceret concludere
ad statum realem et positivum, omnes scientiae deberent negligere
veritates metaphysicas, ut pote ideales et intelligibiles pariter
quia physica considerat corpora universim et quasi intelligibiliter,
medicus deberet rejicere veritates physicas, nec in facienda medici-
na ullum ipsi auxilium expectandum esset a physica. Vir politi-
cus in administranda reipublica et tractandis negotiis deberet spern-
ere et oblivisci regulas morum traditas in morali: atq. haec omnia
repugnant: ergo a statu ideali et mere intelligibili ad statum
realem positivumque potest fieri transitus.

Quod autem matematice conferant ad veritates physicas, ex eo solo
constare debet, quod ex quo tempore matematicae disciplinae cum phys-
ica se perum conjungi, longe plures detectae fuerint veritates intra
sexaginta annos, quam detectae fuerant ante duodecim secula.

Ins. a statu ideali et mere intelligibili ad statum realem et phy-
sicum nulla potest inferri conclusio in presenti materia, si puncta,
lineae et superficies, qualia concipiuntur a matematicis existere
non possent a parte rei: atq. res ita se habet, ergo &c.

Neque minorem nam ut puncta, lineae et superficies existant
positive qualia concipiuntur a matematicis, sufficit quod dimen-
siones longitudinis latitudinis et profunditatis a se invicem positi-
ve distinguantur licet inseparabiles: atq. res ita se habet quam-
vis enim non detur punctum respicit separatum a longitudine,

latitudine et profunditate; quamvis nulla sit linea separata a latitudine et profunditate nulla denique reperiatur superficies separata a profunditate; attamen punctum linea et superficies diversis concipiuntur ideis et diversis explicantur definitionibus, proindeque sunt hisce positive diversa.

Observa haec difficultas quae in nostris principiis facile solvitur, insolubilis manet in sententia eorum qui rejecta distinctione formali positiva, nolunt universalia existere a parte rei formaliter et independenter a mente.

Obj. 5.° Cum heberto continuum constat punctis zenonicis saltem numero infinitis; ergo &c.

Neg. Antecedens nam continuum non constat ex iis quae sibi addita extensum facere nequeunt; atq. puncta zenonica etiam numero infinita extensum facere nequeunt; nam ideo duo puncta zenonica nequeunt facere extensum, quia se se penetrant et juxta se invicem posita non possunt se tangere quin se tangant secundum se tota: atq. idem dici debet de istis punctis etiam numero infinitis; ideo enim duo puncta zenonica non possunt se invicem tangere quin se tangant secundum se tota, quia non habent partes quibus se tangant et quibus non se tangant: atq. pariter puncta zenonica etiam numero infinito non partes habent quibus se tangant et alias partes quibus non se tangant; ergo &c.

Et certe in magnitudinibus finitis datur magnitudo major alia magnitudine v. g. exapeda major est pede: atq. si continuum constaret ex punctis zenonicis numero infinitis, non posset explicari quomodo exapeda sit pede major; nam illa extensio non intelligitur major altera, quae nihil habet per quod superet aliam magnitudinem: atqui si punctis zenonicis numero infinitis constet exapeda, nihil habet per quod superet pedem, si quidem in sententia heberti

quantitas pedalis non secus ac exapeda constabit ex punctis zenonicis numero infinitis.

Denique nihil conficit hebertus nec effugit infinita actu extensa, si posita illius opinione continuum debeat constare ex infinitis numero partibus extensis: atq. resita se habet nam sumatur quantitas pedalis quae dividatur in duas medietates, quaelibet medietas constabit ex punctis zenonicis numero infinitis, quando quidem duo numeri finiti neque-um numerum constituere infinitum: jam vero quoniam apud hebertum quidquid constat infinitis numero punctis zenonicis est extensum, utraque supradicta medietas sit extensa. deinde in duas alias medietates dividatur unaquaeque medietas, quatuor illae novae medietates, ut pote singulae infinitis numero punctis zenonicis, ob rationem mox allatam, constantes, debent quoque esse extensae. quod autem dicitur de illis medietatibus, illud idem dici debet de aliis medietatibus in quas fieri potest divisio in infinitum. ergo in qualibet extensione erunt infinitae aliae extensiones.

Obj. 6.° Cum Epicuro et Gassendo continuum constat ex athomis Epicureis; ergo &c.

Nego antecedens. nam continuum non constat ex his partibusque repugnant et sunt mere figmenta: atq. athomi Epicureae repugnant et sunt mere figmenta; nam athomi Epicureae seu physicae sunt substantiae materialis etiam ipsi deo indivisibilis: atq. repugnat haec substantia, enim vero substantia materialis plures habet partes quae substantiae sunt, hac enim solo distinguitur a spiritu: atq. ejusmodi substantia non est deo indivisibilis; si quidem una pars determinate sumpta non pendet ab alia parte etiam determinate sumpta, ut existat, proindeque potest separari a deo. deinde ex domino Cally physicae generalis pagina 22 quaelibet athomus potest suam mutare figuram et aliam induere,

v.g. ex quadrata fieri triangularis quod conciliari non potest cum
athomorum indivisibilitate
Et certe si darentur athomi phisicae vel forent determinatae
vel indeterminatae magnitudinis: atq. neutrum dici potest
1.° non possunt dici determinatae magnitudinis ad hoc enim
satis est quod nulla sit extensio qua minor dari non possit;
atq. res ita se habet, si quidem nulla sit extensio cujus pars
sit inextensio, ut fatentur gassendistae et epicurei; ergo data qua
libet athomo determinatae magnitudinis, potest dari alia mi
nor. 2.° athomi non possunt dici indeterminatae magnitudi
nis: si huic res ita se haberet, sicut possunt in illa opinione
supponi athomi minores et minores in infinitum, ita possent
supponi majores et majores in infinitum: atq. hoc repugnat;
hinc enim sequeretur dari posse athomum globo terraque maj
orem, quae tamen foret deo inseptilis, quod sit absurdum:
Denique rejiciendae sunt athomi si absque fundamento
fuerint excogitatae et in phisicam invectae: atq. res ita se habet;
nam idcirco epicurus et gassendus admiserunt athomos indivi
sibiles ne cogerentur agnoscere numerum infinitum actu in
quavis portione materiae: atq. admissis athomis phisicis ext
ensis licet indivisibilibus, velint nolint gassendus et epicurus,
debent admittere numerum actu infinitum in singulis atho
mis. nam si athomi sint extensae, quaelibet athomus duas
habet medietates etiam extensas et assignabiles, cum fatentibus
gassendistis extensum non possit constare ex inextensis, pari
ter quaelibet medietas duas habet alias medietates etiam extensas
propter eamdem rationem, et sic in infinitum, ergo &c.
Ins. continuum constat ex iis quae sola potuerunt creari:
atq. solae athomi phisicae creari potuerunt; nam totum
constans ex pluribus partibus non creatur, sed generatur:
atq. continuum constat ex multis partibus, ergo &c.
Ego minorem ad cujus probationem dis maj. totum constans

90 ex multis partibus non creatur ab eo qui partes jam productas et existentes conjungit, sed maj. ab eo qui partes conjunctas producit nego maj. atq. &c.

itaque totum quod resultat ex conjunctione multarum partium non potest dici creatum ab eo qui partes productas et existentes tantum conjungit, hinc artifex non dicitur creare domum, quia lapides, cementa ut cetera non producit sed haec omnia jam existentia conjungit tantum et ordinat; secus vero si partes antea non existentes simul producantur: porro res ita se habet in productione materiae; cum enim pluralitas partium sit de essentia materiae, deus materiam creare non potest, quin plures partes simul conjunctas producat.

Ins. datur aliquid impenetrabile: ergo dari debet aliquid indivisibile, minimum minima quaedam corpuscula ex quibus majora componantur: atq. ista corpora debent esse extensa, cum ex inextensis extensum fieri nequeat; ergo dantur corpora extensa et indivisibilia, quae sunt athomi physicae.

Nego consequentiam minimum dari aliquid indivisibile, si datur aliquid impenetrabile, quia impenetrabilitas non fundatur in indivisibilitate, nec ullam habet cum ea connexionem; 1.° quia spatium Epicuri dicitur penetrabile et tamen est indivisibile; 2.° quia materia ut pote congeries athomorum in sententia epicuri senseri debet divisibilis et tamen impenetrabilis est; 3.° quia divisibilitas oritur ab impenetrabilitate; nam si una pars materiae quando offendit in aliam partem, esset penetrabilis, necesse non foret ut divideretur: unde in tantum dividitur in quantum penetrabilis non est.

Ins. 1.a principia physica sunt physice indivisibilia: atqui dari debent 1.a principia physica: nam quidquid componitur ex multis principiis, debet constare ex aliquibus primis: atq. corpora constant ex multis principiis; ergo &c.

1° Ego maj. quia 1a principia physica sunt materia et forma: atq. materia et forma non sunt indivisibiles, 1° materia, quia constat multis partibus quae sunt tot idem substantiae. 2° forma, cum enim sit quaedam partium materiae dispositio divisibilis sit sicut materia.

2° Ego minorem nam ibi non debent dari prima principia, ubi sunt infinitae actu partes. atq. in quolibet corpore sunt infinitae actu partes minores et minores in infinitum. ad probationem distingo maj. quidquid componitur ex multis principiis numero finitis, debet constare ex aliquibus primis con. maj. numero infinitis nego maj. atq. &c distincta pariter minore nego consequentiam.

itaque in quolibet numero finito est quidem aliquid primum et aliquid ultimum, v.g. datur 1us et ultimus pes in exapeda; secus vero in numero infinito: porro quodlibet corpus constat ex multis partibus, sed illae partes sunt numero infinitae, quoniam infinitudo partium sit de essentia materiae.

Ins. dantur corpora dura: atq. nisi illa corpora constarent ex athomis insectilibus dura sic non possent, ubi sunt principia rerum sunt mollia, duritiem non potest explicari, ut arguit Lucretius. Ego &c

Ego minorem ut enim corpora dura intelligantur satis sit quod sine athomis epicureis possent dari partes quae duritiem efficiant: atq. resistere se habet, ut patebit quando disputabitur de duritie corporum. itaque ad explicandam corporum duritiem, opus sit quibusdam partibus quae non sint molles, sed ut habeantur illae partes, necesse non sit confugere ad athomos physicos, extensos et insectiles.

Ins. Ex quo tempore creata sunt corpora, tam crebra tamque vehemens fuit corporum collusio, ut quidquid in corporibus dividi potuit, jam sit divisum; ergo supersunt nunc athomi physicae indivisibiles, licet extensae.

Esto Antecedens et nego consequentiam licet enim supponantur dari nunc corpuscula quaedam quae solis naturae viribus sint indivisibilia,

92 attamen falsum hic illa non amplius posse dividi etiam divinitus: jam vero si possum saltem divinitus in alia corpora minora cedari, poterunt et ipsa rursus dividi in alia minora et sic in infinitum. unde partes continui remanebunt saltem divinitus in infinitum divisibiles, quod sufficit ut refellatur sententia Epicureorum et gassendistarum.

Observa illud discriminis hic inter Epicurum falsis numinibus addictum, et gassendum sacerdotali dignitate religione et pietate commendabilem; quod Epicurus suas athomos aeternas increatas et a se ipsis motas volverit contra gassendus fateatur illas hic contingentes, adeo creatas et motas, ita ut exiis nunquam mundus coalescere potuisset, nisi deus illas creatas movisset et ordinasset.

Obj. 1.o Cum Carthesio continuum sit in indefinitum divisibile, ergo non in infinitum.

Nego antecedens nam continuum a Carthesio male dicitur quid indefinitum divisibile, si partes continui non debent ab ipso dici indefinitae numero, sed potius infinitae. atque ita se habet; nam ideo Carthesius dicit continuum constare ex partibus numero indefinitis, quia concipit nullos posse dari limites in partibus continui: atque si Carthesius concipit nullos posse dari limites in partibus continui jam illas partes non debet dicere numero indefinitas, sed infinitas. nam ex Carthesio ideo perfectiones divinae dici debent infinitae numero, quia concipitur nullos dari posse limites in numero illarum perfectionum; ergo a pari ex eo quod concipiatur nullos hic posse limites in partibus continui debet Carthesius concludere illas partes infinitas hic numero, non autem indefinitas.

Ms. aliquid potest dici indefinitum, quando ignoratur utrum sit actu finitum, an infinitum; v.g. mundus, inquiunt Carthesiani, bene dicitur indefinitus in sua extensione, quia nescitur utrum sit finitus, an infinitus: atque pariter

nescitur utrum partium continui numerus sit finitus, an infinitus; ergo &c.

Ergo minorem tum enim non ignoratur utrum aliquid sit finitum an infinitum, quando concipitur repugnare dari in ipso limites: atq. ex Cartherio concipitur repugnare dari limites in numero partium continui; ergo &c.

Quod spectat ad mundum seu materiam quae dici potest indefinita, disparitas est quia materia non excludit limites in sua extensione: hinc potest habere limites vel non habere et nescitur utrum habeat nec ne, quod de continuo dici non potest.

Praeterea quod dictum est de numero partium continui, illud urgeri debet adversus Carthesianos de extensione mundi, quam dicunt indefinitam: haec enim in principiis Carthesianorum dici debet infinita, quia iterum fatentur se clare concipere non posse dari limites in extensione, ultra quos non sit alia extensio: proindeque cum ex Cartherio materia et extensio sint quid unum et idem, vel saltem extensio sit gradus differentialis materiae, materia debet etiam dici infinita in illius principiis.

Quod spectat ad opinionem horum philosophorum qui dicti sunt inflatores, nihil est quod in illa refellenda immoremur. Satis enim per se refellitur: enimvero illi philosophi volunt continuum constare ex punctis indivisibilibus et inextensis realiter sed virtualiter extensis et divisibilibus. 2° asserunt illa puncta aliquando intumescere, aliquando detumescere sine ingressu et egressu novae materiae: atq. haec repugnant, ut patet exemplo folliculi, qui nunquam intumescit, nisi in ipsum intromittatur aerem, nec detumescere potest nisi intromissus expellatur aer quod manifestius apparebit ubi agemus in physica particulari de rarefactione et condensatione.

De Loco

Esse in loco proprietas hic corporis naturalis quam agnoscunt omnes phisici sed acriter disputant inter se quid sit locus eo quo repetenda sit illius immobilitas ad intelligentiam loci sufficiunt abunde quae disputata sunt in metaphisicis de spatio ubi nobis vinus dari spatium distinctum a rebus locatis, illudque nihil aliud hic quam divinam immensitatem, verum quia motus et locus ita connectuntur inter se ut natura motus sine loco vix intelligi queat phisici iterum agunt de loco, sequemur itaque tritam in scolis methodum.

Locus ex Aristotele libro 4° phisicae c. 6° hic superficies corporis ambientis locatum v.g. locus vini in amphora hic superficies interior amphorae ambientis proxime et immediate vinum.

Definitionem Aristotelis amplexi sunt illius discipuli sed hinc nota hic gravis difficultas, quia motus existimari non potest nisi ex aliquo spatio immobili, superficies autem corporum ambientium perpetuo movetur, sic superficies aquae ambientis piscem in fundo fluminis quiescentem continuo fluxu mutatur quapropter non nulli peripateticorum existimaverunt immobilitatem loci hic repetendam a quibusdam mundi punctis quae considerantur ut immota haec autem duo puncta sunt duo pauli puncta cortus et occasus solis senith quod nostris servicibus imminere, et nadir quod nostris pedibus subjacere intelligitur hinc corpora quiescere vocantur, cum eadem ab illis punctis servant et retinent distantiam mota vero dicuntur cum haec distantia mutatur.

Duplex a Thomistis distinguitur locus externus, et internus locus internus hic superficies corporis proxime ambientis rem locatam cum autem illa superficies aeque sit mobilis ac ipsum corpus ad quod pertinet, nullam thomistae vellem habendam hic rationem loci externi ad constituendam loci immobilitatem.

Locus internus hic ipsum spatium quod immediate occupatur et penetratur a re locata.

Ille locus hic divina immensitas in qua juxta thomistas plurimae partes non quidem positive sed virtuales distingui

et assignari possunt. Cum autem immensitas illa sit immo-
bilis et pervadat atque penetret omnia corpora mobilia, sensem
Thomistae ex ipsa existimandum esse motum localem, corpus
quod aliquid movere, quando diversis immensitatis divinae partibus
successive respondet, quiescere vero quando iisdem permanente
respondere intelligitur.

Carthesius et illius sectatores qui materiam cum spatio
et extensione confundunt, vel saltem volum extensionem
esse gradum differentialem materiae, retinuerunt 1am
Aristotelis definitionem sic que apud Cartheianos locus vere
et proprie dictus est superficies corporum ambientium rem
locatam: huic regionum sententiam Thomistarum rati
partes virtuales immensitatis divinae non nihil cum sim-
plicitate Dei et spiritualitate pugnare, sed quoniam omnia
moventur etiam puncta quae non nulli peripateticorum
finxerunt in coelis nihil non agunt Cartheiani ut
loci explicent, immobilitatem.

Carthesius 2a parte principiorum numero decimo tertio
fatetur nullum esse permanentem ullius rei locum nisi
quatenus a determinatione nostra determinatur. quo
pacto autem id fiat explicare conantur aliqui ex illius disci-
pulis. Superficies corporis immediate rem locatam ambien-
tis potest, inquiunt, spectari duplici modo, phisice et mate-
matice quando spectatur habita ratione extentionis non
vero qualitatum phisicarum et sensibilium quo posito
volum superficiem illam mathematice spectatam esse
immobilem licet sit mobilis quando phisice consideratur,
quare putant immobilitatem loci bene repeti a superficie
corporum immediate rem locatam ambientium cum
haec superficies mathematice spectatur.

Epicurus et Gassendus rejectis peripateticorum et Carth-
eianorum definitionibus admittunt pro 1o rerum omni-
um

loco spatium necessarium immensum necessario immobile indivisibile quod neque est res neque modificatio, solum que ab illo spatio repetendam est immobilitatem cujuslibet loci in particulari.

Quid autem sentiendum sit de variis opinionibus modo relatis patebit ex solutione objectionum conclusionis subsequentis.

Conclusio

Locus ex quo existimari debent debet motus localis est divina immensitas in qua sint partes positive formaliter distinctae et extra se invicem positae.

Probatur nam locus ex quo existimandus est motus localis, debet esse immobilis concipiente rem localem et remanere sublato mobili atque sola dei immensitas est ejusmodi: nam sola extensio necessario aeterna immensa necessario immobilis, et indivisibilis est locus immobilis concipitur ante rem localem et remanet sublato mobili atque haec extensio necessaria aeterna immensa necessario &c. est ipsa dei immensitas sicut in metaphysica probavimus. Ergo &c.

Et certe se habet immensitas divina respectu cujuslibet rei locatae, sicut se habet duratio divina cujuslibet dei durantis: atque duratio divina est primeva duratio cui respondent quaecumque durant. Ergo et a pari immensitas divina est primevus locus cui respondent quaecumque sunt in loco. Deus enim debet esse in loco in omni genere.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.° Si immensitas divina foret locus a quo motus localis existimandus est qui cogitat de motu locali deberet cogitare de immensitate divina falsum consequens. Dis. maj. qui cogitat de motu locali deberet cogitare de immensitate divina implicite con. maj. explicite n. maj.

Itaque nemo potest cogitare de motu locali nisi saltem siquidem nemo potest cogitare de motu locali quin cogitet de immutabilitate loci, illa autem immutabilitas supponit extensionem quandam immobilem porro haec extensio

immobilis sit divina immensitas cum nihil sit immobile
praeter Deum et illius attributa.
Obj. 2.° una magnitudo non potest esse in immensitate
divina si haec immensitas sit quaedam magnitudo.
Nego Antecedens nam illud fieri potest quod concipitur atq
concipitur magnitudinem corporis posse esse in alia magni
tudine nempe in spatio. imo in eadem spatii parte possunt
esse plurimae magnitudines huic magnitudines modifi
cationum simul sunt cum magnitudine subjecti, magnitudo
motus, et magnitudo corporis reperiuntur in eodem loco, ergo &c.
Obj. 3.° Corpus non potest movere in alia magnitudine nisi
ipsam dividat, ergo spatium in quo movetur male dicitur
indivisibile proindeque &c.
Dis Antecedens corpus non potest moveri in alia magnitu
dine nisi ipsam dividat si non possit eam penetrare con
antecedens secus nego Antecedens.
Itaque quando mobile non potest penetrare extensionem
in qua movetur illam dividere sicut piscis natans in flumine
dividit aquam quia illam penetrare non potest, avis per
aera volans dividit aerem ob eam demorationem, secus
vero si mobile penetret extentionem in qua movetur et
vicissim ab ipsa penetretur. porro resistere habet respectu
spatii quod penetratur a mobili.
Instabis ipsa Dei immensitas sit in loco nam quidquid sit
in loco sit, ergo &c.
Nego Ant. quod enim est essentialiter spatium et
rerum omnium locus illud non debet esse in loco atq immen
sitas Dei est locus omnium rerum ergo &c.
Quod autem attinet ad illam propositionem quae affertur
in confirmationem quidquid sit in loco sit debet intelligi
respectu tantum eorum quae non sunt.
Obj. 4.° ipse locus cum Aristotele sit ipsa superficies

98 corporis immediate rem locatam ambientis, ergo &c.
Resp. Ant. nam illud non debet admitti pro loco corporum quo posito plurima sequerentur absurda atque plurima sequerentur absurda si locus sit ipsa superficies corporis immediate rem locatam ambientis absurdum enim sit corpus revera quiescens moveri a corpus revera motum quiescere. Atq. res ita se habet si locus sit ipsa superficies corporis immediate ambientis rem locatam; v.g. paulus in fundo fluminis defixus fluente aqua licet revera quiescens censeri debet loco motus, pariter turris flante vento movebitur. Homo sedens in fundo navis qui ex europa navigat in indiam non movebitur quia superficies corporum quae illum immediate ambiunt non mutatur atqui hae absurda sunt ergo falsa haec aristotelis definitio.
Obj. 4.° Cum quibusdam peripateticis immobilitas loci repeti debet a punctis mundi quae spectantur ut immota, ergo &c.
Resp. Ant. nam immobilitas loci repeti debet ab aliquo quod sit essentialiter immobile atq. illa mundi puncta qualia sunt Zenith et nadir pauli mundi puncta ortus et occasus non sunt quid essentialiter immobile cum enim sint partes materiae sunt essentialiter mobilia unde perpetuo moventur ab occasu in ortum, ut patebit in mundi systemate unde ex ipsis adversariis efficiunt per imaginationem tantum immota ergo &c.
Obj. 6.° Cum Thomistis locus debet explicari per divinam immensitatem quae nullas partes positivas sed virtuales tantum habeat ergo &c.
Resp. Ant. nam locus non debet explicari per illud quo posito corpus non movetur in rei veritate, sed tantum per mentem et dependenter a nobis cogitantibus. atq. si locus sit divina immensitas quae nullas partes positivas habeat sed tantum virtuales corpus non movebitur in rei veritate

sed tantum per mentem. nam ut Corpus moveatur in rei veritate debet independenter a mente respondere successive diversis loci partibus atq posita sententia Thomistarum id fieri non potest. Cum enim in illa hypothesi immensitas quae locus Corporum habeat tantum partes virtuales et dependenter a mente, Corpus non potest respondere successive illis partibus nisi per mentem et dependenter a nobis cogitantibus. Ergo &c.

Obj. 7.° Cum quibusdam Cartesianis, locus est superficies matematice spectata; ergo &c.

Resp. Ant. nam locus est id a quo motus localis aestimandus est: atq superficies matematice spectata non est id a quo motus localis aestimandus est: nam quod positivum est et a mente omnino independens non potest aestimari et desumi ab eo quod non est positivum sed a mente dependet omnino: atq motus localis fatentibus adversariis est quid positivum et a mente independens. Superficies autem matematice spectata tota est in mente, nec potest extra mentem existere cum universalia in principiis adversariorum nullibi existant nisi in mente.

Enim vero ut superficies matematice spectata sit locus a quo motus aestimari possit, illa superficies debet reddi immobilis per mentem ut aiunt adversarii atq absurdum est superficiem quae necessaria est essentialiter mobilis est fieri immobilem per mentem sicut repugnat circulum qui necessario et essentialiter est rotundus fieri per mentem triangulum &c.

Objicies denique locus ex quo aestimandus est locus localis est spatium epicuri et gassendi ergo &c.

Resp. Ant. nam locus ex quo aestimandus est motus localis non est spatium epicuri et gassendi, sic spatium illud est quid mere fictitium atq resita se habet enim vero hic specifice sumptum, quod neque est substantia neque modificatio est quid mere fictitium ut vidimus in metaphysica: atqui

spatium epicuri et gassendi neque hic substantia neque modi
ficatio; ergo &c. An et cur sit locus

Non disputabimus ibi de existentia neque de causis ipsius
loci, si quidem illius existentia probata fuit in metaphisicis,
ubi demonstravimus hunc locum hic immensitatem divi
nam cum autem immensitas Dei sit necessaria sequitur
non hic quaerendas illius loci causas quia necessaria causas
non habent. qualis sit locus

Circa proprietates loci universim sumpti quaerunt hic
peripatetici an corpus idem simul existere posse in multis
locis, v.g. romae simul et lutetiae 2° an multa corpora
possint esse simul praesentia eidem numero loco, seu in
aiunt an se se penetrare possint; 3° an hic aliquod creatum
possit existere nullibi, 4° an et quomodo spiritus creati sint
in loco: 5° denique an Deus sit in loco et an dici possit exis
tere in spatiis imaginariis dictis.

Hae quaestiones pertinent potius ad proprietates substantiarum
quam ad proprietates loci sic tamen ipsis breviter respondemus.

ad 1am respondeo lumine naturali demonstrari non
posse impossibilitatem existentiae corporis ejusdem in multis
ejus locis determinatis, nisi possibilitatem hanc sic suaderi
posse quidquid hic possibile in certa quadam parte divinae
immensitatis potest in illa parte produci: atq. corpus aliquod
existens v.g. lutetiae possibilis hic romae ergo produci potest romae
proindeque &c.

ad 2am respondeo lumine naturali determinari non posse
utrum possibilis an impossibilis sit corporum penetratio; ideo
enim impenetrabilitas vulgo judicatur essentialis materiae
quia duae materiae portiones nunquam deprehensae fuerunt
se se penetrantes atq. haec ratio non efficax, quamvis
enim omnia rationalis nunquam deprehensa fuerit

Cogitatione quavis destituta, non idcirco Cogitatio dici potest
essentialis animae rationali. praeterea licet quarumdam exten
sionum penetrabilitas non repugnet ut constat de extensione
divina et extensione corporea quae se se necessario penetrare
debent, non ideo possumus asserere parte materiae relative ad
se invicem esse penetrabiles; sicut enim una pars spatii penetra
bilis est respectu materiae et tamen est impenetrabilis respectu
alterius partis spatii sic una quaque materiae pars licet
penetrabilis respectu spatii forsan impenetrabilis est respectu
alterius materiae partis. hinc nec possibilem, nec impossibilem
asserere possumus impenetrabilitatem partium materiae
relative ad se invicem.

ad 3am quaestionem respondeo fieri non posse ut ens crea
tum existat et tamen sit nullibi. Cum enim immensitas divina
sit infinita repugnat ens creatum extra ipsam existens.

ad 4am Res spiritus creatos existere definitive in loco sui totos esse
substantialiter sub singulis extensionis suae partibus ut dixi
mus in metaphisica de Angelis.

ad 5am Res 1o Deum stricte loquendo non esse in loco, quia per
suam immensitatem est ipse locus: locus autem non est in loco.
Res 2o Deum non esse in spatiis imaginariis quia ex hypothesi
quod mundus sit in extensione finitus spatia ultra mundana
positiva sunt non autem imaginaria seu fictitia quando qui
quidem ab immensitate divina sunt indistincta.

quotuplex sit locus

Locus vulgo distribuitur in internum et externum. internus
est divina immensitas cujus partibus quodlibet ens creatum pro modulo
suo correspondet. externus est superficies corporum ambientium.
2o distribuitur in communem et proprium communis dicitur qui
qui multa continet corpora ut aer respectu avium et mare respectu
piscium proprius vero qui unum tantum continet corpus ut dolium
respectu vini.
3o in totalem et partialem totalis qui totum continet locatum
partialis autem qui partem tantum localem continet.
4o in naturalem et violentem naturalis dicitur qui conveniens
est dispositioni mecanicae locati ut aqua respectu piscium.

violentus autem qui qui nocet dispositioni mecanicae locati ut aer respectu piscium.

5.° denique in plenum et vacuum quod quidem potest intelligi duobus modis nimirum populariter et philosophice. locus plenus populariter est ille qui respectu aliquo corpore sensibili v.g. dolium dicitur plenum populariter quando repletur aliquo corpore sensibili sive corpus illud sit vinum sive aqua aut aliud ejusmodi corpus locus plenus philosophice est ille qui repletur aliquo corpore sive corpus illud sit sensibile nec ne; sic dolium aere plenum duntaxat refertum philosophice non minus est plenum quam si vino compleretur.

Locus vacuus populariter est ille in quo nullum continetur corpus sensibile sic dolium populariter dicitur vacuum in quo nihil est vini aut aquae aut alterius corporis sensibilis. locus vacuus philosophice est ille qui omni corpore tum sensibile tum insensibile destituitur, sic dolium philosophice vacuum est si non solum vino aut aqua sed etiam omni aere aut quavis alia materia sit vacuum.

Circa quatuor priores distributiones in pote parvi momenti, licet minus accuratas nulla movetur quaestio sed gravis occurrit difficultas circa distributionem ultimam utrum scilicet detur aut dari possit vacuum philosophice sumptum. tres sunt sententiae. 1.a est Carthesianorum qui volunt non modo nullum dari vacuum philosophice sed contendunt illud vacuum esse prorsus impossibile unde in eorum principiis si deus destrueret aerem cubiculo contentum, parietes ad se invicem accederent, nec mirum cum in sententia Carthesii materia et extensio sint quid unum et idem vel saltem extensio si differentia essentialis materiae destructa quaelibet materia destruitur extensio, nec proinde. 2.a sententia est eorum qui volunt vacuum philosophice sumptum non esse impossibile uno fatentur illud extitisse ante orbem conditum et etiam nunc existere ex hypothesi quod mundus sit in extensione finitus sed negant illud admittendum esse ad explicanda phenomena quae in

hoc universo orbe conspiciuntur.

3a. Sententia est eorum qui volunt non modo vacuum philosophicum esse possibile sed contendunt praeterea sine tali vacuo dari quaedam phenomena quae nullatenus explicari possunt. quid autem sentiamus aperiem subjectae conclusiones.

Conclusio 1a.

Vacuum philosophice sumptum est possibile.

Probatur nam illud est possibile quod existit ante orbem conditum, quod etiam non existit extra mundum ex hypothesi quod mundus sit in extensione finitus et quod existeret in hac aula si Deus destrueret aerem et caetera corpora quae quae in ipsa continentur. atq. ita se habet vacuum philosophice sumptum 1o. existit ante orbem conditum, nam illud affirmari debet quod concipitur. atq. concipitur vacuum philosophicum existere ante orbem conditum si quidem istud vacuum est extensio omni corpore destituta atq. ejusmodi extensio concipitur existere ante orbem conditum quod enim concipitur improducibile necessario existere nullumque habere initium in sua duratione illud debuit existere orbe mundum condito atq. extensio omni corpore destituta concipitur improducibilis necessario existens nullumque habens initium in sua duratione ut patet ex iis quae disputata sunt in metaphysica

2o. Vacuum philosophicum existit extra orbem universum ex hypothesi quod mundus sit in extensione finitus demonstravimus enim dari extensionem necessario immensam.

3o. Si Deus destrueret aerem et caetera corpora quae hac in aula continentur daretur in ipsa vacuum philosophicum id est extensio in qua nullum foret corpus, si quidem parietes hujusce aulae annihilato aere et caeteris corporibus intra ipsos contentis adhuc distarent a se invicem tam enim debent distare post annihilationem quam antea; quia corpora quae a se invicem distant non possunt fieri contigua nisi per motum localem, atq. parietes hujusce aulae ante

annihilationem materiae intra ipsos contentae a se invicem distabant in annihilatione moti non sunt localiter, cum illorum existentia non pendeat ab existentia corporum interjacentium ergo destructis illis corporibus adhuc distare debent a se invicem et constanter daretur in hac aula extensio omni corpore destituta proindeque &c.

Solvuntur objectiones

Objicies 1.° tertia ratione conclusionis nihil probatur si non possit annihilari aer hac aula contentus quin tota annihiletur aula atque res ita se habet si quidem non potest annihilari una materiae portio inquiunt Cartheniani quin totus destruatur orbis ergo &c.

Nego minorem quae falsa est nam substantia quae in suo esse non pendet ab aliis substantiis determinatis et quae a Deo libere conservatur potest non conservari, et annihilari caeteris substantiis remanentibus atque talis est aer, talia sunt corpora quae hac aula continentur respectu parietum hujusce aulae in cuilibet attendenti constat.

Instabis male dicuntur a se invicem distare corpora inter quae nihil interjacet atque in allata hypothesi nihil interjacet inter parietes aulae, ergo &c.

Dis. maj. male dicuntur a se invicem distare corpora inter quae nihil, id est nullum spatium nullaque extensio interjacet con. maj. nihil corporeum nullaque materia intercipitur nego maj. atque &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

itaque inter illos parietes in praesenti hypothesi nihil corporis nihilque materiae interjaceret sed semper interciperetur verum spatium veraque extensio a corporibus omnino diversa ergo a se invicem distarent.

Obj. 2.° nihil extensum repugnat atqui illud spatium foret nihil extensum, ens enim specifice sumptum quod neque est substantia neque modificatio substantiae in mae rum nihil: atque spatium illud nec est substantia neque substantiae modificatio, ergo &c.

Nego minorem ad cujus probationem nego iterum minorem,

et dico spatium illud hic substantiae modificationem, hic enim aliqua pars immensitatis divinae immensitas autem hic modificatio Dei concipitur enim ut immensitas necessaria extensa necessario indivisibilis et immobilis; ergo &c.

Obj. 3.° parietes hujus aulae non possunt a se invicem distare quin sit inter ipsos extensio in longum latum et profundum atque dari non potest extensio in longum latum et profundum ubi nullum sit corpus; ergo &c.

Dis. maj. quin sit inter ipsos extensio saltem indivisibilis et immobilis con. maj. divisibilis nego maj. atque &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque duplex distinguitur extensio ut supra vidimus.

Ins. si foret extensio indivisibilis et immobilis ubi nihil esset materiae Deus foret in nihilo atque id dici nequit; ergo &c.

Dis. maj. Deus foret in nihilo, id est ubi nullum esset corpus con. maj. Deus foret in nihilo id est non existeret nego maj. atque &c. itaque Deus potest esse ubi nullum sit corpus cum existeret antequam nulla existerent corpora, sed non id cito dici debet esse in nihilo quia necessario sit extra nihil.

Obj. 4.° illud admitti non debet a philosopho quod ortum habet a praejudicio et de lusa imaginatione atque spatium inter parietes hujus aulae existens annihilatis corporibus omnibus ortum habet a praejudicio et de lusa imaginatione tamen enim spatium illud vacuum et inane oritur a praejudicio, quam oritur a praejudicio spatium inter solem et terram expansum sine vacuum omni corpore exceptis avibus muscis et nubibus atque hoc posterius oritur a de lusa imaginatione ergo et prius.

Nego min. non magis enim praejudicium sit annihilatis corporibus inter illos parietes contentis verum et positivum adhuc remanere spatium quam praejudicium sit annihilatis corporibus aliquam adhuc remanere relationem atque hoc ultimum non sit praejudicium ergo nec primum.

itaque falsa censeri debet minor ad cujus probationem nego paritatem; ratio disparitatis est cum judicium quo praedicatur dari vacuum inter solem et terram, nihilque toto hoc spatio continere praeter aves, muscas et nubes hoc nequam judicium nulla intitur evidentia cum evidens ene non possit ibi nulla existere corpora, contra evidens est destructis et annihilatis corporibus adhuc remanere superstes illud spatium quo continebantur haec corpora, si quidem in idea illius spatii includitur existentia, et concipitur nec produci nec destrui posse.

Conclusio 2a

Admittenda sunt vacuola philosophica inter partes materiae discerminatae.

Pro nam admittenda sunt ex sine quibus impossibiles fierent varii motus qui concipiuntur in hoc mundo atque sine vacuolis philosophicis impossibiles fierent multi motus, nam per illis motibus quaedam materiae partes a se invicem separantur secundum determinationes oppositas sicut contigit in corporum reflectionibus et ut agnoscendum est in omnibus fluidis atque sine vacuolis philosophicis impossibilis est ejusmodi motus. dum enim superficies contiguae duarum materiae molecularum a se invicem separantur. secundum determinationes oppositas vel inflectuntur illae superficies vel subdividuntur vel manent rigidae atque duo priora multis in casibus impossibilia sunt et ultimum dici non potest quin admittantur vacuola philosophica.

1o quidem dum superficies illae separantur dici non potest quod semper inflectantur dum enim corpus aliquod inflectitur in principiis adversariorum pori seu meatus illius corporis contrahuntur ex una parte et ex altera dilatantur. atque dum agitur de moleculis materiae tenuissimae nulli sunt in illis pori qui contrahantur ex una parte et dilatentur ex altera fatentibus

adversariis ergo particularum illarum separatio secundum determinationes oppositas non potest semper fieri per inflectionem.

2.° Dici non potest separationem hanc fieri per subdivisionem partium in alias minores, de his enim subdivisionibus difficultas semper redibit eadem adeoque admittenda foret infinita particularum illarum subdivisio. atq. haec infinita subdivisio non potest admitti cum enim per subdivisiones actuales particulae separatae determinatam habeant magnitudinem, si partes illae subdividerentur actu in infinitum, in earum unaquaque agnoscenda forent infinitae actu partes determinatae magnitudinis. atq. hoc est impossibile alioquin particula quaevis dicenda foret infinita ratione extensionis; quod est absurdum, ergo partes illae non sic in infinitum subdividuntur.

3.° Denique si partes illae supponantur rigidae seu inflexibiles, necesse est ut inter ipsas adsit vacuolum philosophicum dum enim superficies perfecte rigidae a se invicem separantur secundum determinationes oppositas, quo momento superficierum contiguarum extremitates incipiunt a se invicem discedere, partes superficierum illarum mediae simul a se invicem recedunt, alioqui perfecta non esset rigiditas, quoniam igitur materia circumstans quantumvis mobilis et fluida supponatur, ab extremitatibus illarum superficierum pervenire non potest in instanti minime successivo ad earumdem medium, consequens est in illo medio dari vacuum saltem per aliquod temporis momentum ergo &c. proindeque &c.

Eadem veritas potest hoc modo confirmari ~~[illegible]~~ cumulus aut granorum tritici aut arenularum eatenus fluiditatis speciem praeseferet, quatenus inter singulas

moleculas reperiuntur intertitiola partibus similibus vacuola licet repleantur aut aere aut materia quadam subtiliori, si enim singula grana vel singulae arenae 2.um omnes suas superficies se se tam accurate tangerent ac interiores ejusmodi particularum moleculae se se tangunt ejusmodi corpuscula fluiditatis speciem praeseferre non possint simili modo aer et aqua nullam haberent veram fluiditatem nisi intra illorum corporum particula adescent intertitiola partibus similibus vacua, jam vero dum agitur de materia omnium subtilissima, non potest pariter intelligi fluida nisi inter ejus moleculas adsint intertitiola omnino vacua, nec enim datur materia subtiliori subtilissima quae replere valeat haec intertitiola ergo saltem inter particulas materiae subtilissimae reperiri debent spatiola omnino vacua; proindeque &c.

Solv. Obj.

Objicies 1.o quae supponi non possunt quin subito tollantur non sunt admittenda; atq. posita materiae invisibilitati in infinitum supponi non possunt vacuola quin subito tollantur, si enim materiae moleculae respicientes vacuola debent in ea effluere nec sustinere se se possint, supponi non possunt illa vacuola quin subito tollantur atq. posita materiae divisibilitate in infinitum moleculae materiae respicientes vacuola effluere debent in ea hoc &c.

Transeat major et nego minorem nec enim impediretur vacuolum, dum particulae materiae subtilis a se invicem separantur secundum determinationes oppositas hae partes deberent vel inflecti vel subdividi quando quidem si maneant rigidae necessario vacuolum adest in medio superficierum quae separantur falsum consequens sicut probatum fuit hoc &c. ad probationem autem nego minorem partes enim quae vim habent ut a se invicem recedant et consequenter ut removeantur a vacuolo non debent in vacuolum effluere porro singulae partes fluidum aliquod componentes habent vim ut a se

invicem recedam aliquin non amplius componerem
corpus fluidum proindeque &c.
Ad majorem autem dixi transeat quia licet vacuola subito
tollerentur nihilominus hoc admittenda quemadmodum
admittenda sunt figurae licet subito tollantur.
Ins. partes quae secundum aliquas sui superficies premuntur,
nec secundum alias premuntur, debent effluere qua parte non
premuntur quandoquidem sunt in infinitum divisibiles
nec resistunt suae divisioni atq. partes materiae vacuolum
aliquodambientes premuntur secundum has superficierum
suarum partes quae non respiciunt vacuolum, non pre
muntur autem 2um las partes quae obvertuntur vacuolo
cum vacuolum las non premat.
1o. Nego minorem nam enim partes illae per motum fluidi
tatis a se invicem recedunt, praemuntur qua parte a se reca
dunt aliquin non a se recederent proindeque premun
tur qua parte recipiunt vacuolum non quidem a vacuolo
sed a motu ipsis applicato ut a se invicem recedant.
2o. dis. maj. partes quae secundum aliquas sui superficies
premuntur, nec premuntur secundum alias sive motu
generali sive motu speciali debent effluere qua parte
non premuntur con. maj. nec premuntur 2um alias
motu generali tantum nego ex maj. atq. &c. dispa. min.
nego consequentiam.
Itaque triplex distinguendus est motus in fluidorum
particulis generalis scilicet et specialis motus generalis
est illae qui partes omnes versus eandem loci partem simul
transferuntur qualis est motus quo partes fluidi devolvuntur
in mare motus specialis est illae quae partes singulae variis
et perturbatis motibus intra se invicem agitantur ita ut
aliae sursum aliae deorsum aliae antrorsum aliae retro
sum + et sic de aliis determinationibus ferantur.
+ dextrorsum aliae sinistrorsum.
revera partes fluidorum per motum generalem non

non sitiuntur a se invicem recedere secundum determinatio
nes oppositas quia per hunc motum versus eandem loci partem
transmittuntur, sed per motum fluiditatis partes quaedam a se
invicem recedunt secundum determinationes oppositas
Obj. 2° ideo admittuntur vacuola quasi disseminata quia
his sublatis fieri non potest quarundam materiae particularum
translatio qualis deprehenditur in hoc mundo atque hoc fal
sum hic sicut pars aliqua transfertur fiat circuitus
quidam ambientis materiae ita ut qua proportione
pellitur anterior materia eadem proportione pellan
tur partes laterales et posteriores succedant in locum relic
tum a moleculis primum translatis certe potest sine vacuolis
disseminatis fieri translatio atque res ita se habet sicut ou
lis ipsis deprehenditur in aqua stagnante, dum in
ipsa deambulat homo; ergo &c.
Nego minorem obrationes superius allatas ad probationem
autem nego maj. et minorem majorem quidem quia ut
fiat ille circuitus partes anteriores fluidi circumstantis
debent a se invicem separari secundum determinationes
oppositas ut ad latera mobilis refluat porro sine vacuolis
non possunt a se invicem sic separari sunt probatum fuit
minorem pariter quia quandoque molecula antea contigua
precipuum a se invicem separari secundum determinationes
oppositas nulla materiae pars circuli accedendo ad mediam
partem superficierum quae separantur proindeque &c.
Error igitur adversariorum in hoc positus est quod potest
inter fluidorum particulas idcirco nulla reperiri vacuola
quia datur fluidum aliud cujus partes tenuissimae sunt et
mobilissimae verum si attendissent ipsas materiae subtilissimae
moleculas non posse inter se invicem pertubatis motibus
agitari sine vacuolis tunc spatiola quaedam admisissent omni
materia destituta saltem inter partes corporis fluidissimi.

De figura et situ

Figura universim in extenso undique determinata de variis figurarum speciebus egimus in geometria. hic unum notandum in discrimine hic apud physicos figuram inter et configurationem, figurae nomen usurpant quando agitur de superficie exteriori alicujus corporis sensibilis utuntur autem configurationis nomine dum agitur de superficie exteriori molecularum insensibilium v. g. molecularum aeris et hinc apud ipsos circumfertur hoc axioma mutata figura corporis non ideo mutatur ejus natura sed mutata configuratione mutatur illa natura, v. g. mutata rotunditate panis non id circo mutatur ejus natura, sed mutata configuratione molecularum materiae panis mutatur natura panis, et exurgunt nova corpora nempe chilus sanguis caro.

Situs in specialis vel particularum alicujus corporis vel multorum corporum inter se dispositio haec specialis dispositio partium alicujus corporis nunquam ita mutatur ut aliud omnino corpus appareat quemadmodum ex diverso caracterum eorumdem situs nascuntur voces objecta plane diversa significantes ut patet ex diverso situ harum quatuor litterarum A. O. M. R. quia pro diversorum situ nascuntur haec voces amor roma mora maro armo, oram ramo &c. non exponemus hic quaecunque fuerunt observata quatenus oriuntur a figura cum figuratione et situ partium quia omnia fere corporum naturalium phenomena ex his pendent unde de his postea.

De motu et quiete universim

Cum a motu pendeant omnia naturae phenomena non negligenter et perfunctorie de motu disputare debent physici, ut autem hanc quaestionem quae forte est aliarum omnium difficillima quam par in diligentia et perspicuitate discutiamus

incipiemus a definitione motus cui adjungetur definitio quietis
et quaecumque pertinent ad quietem, quoniam quietis cognitio
plurimum inservit ad determinandam motus naturam.
Motus definitur ab Aristotele libro 3° philosophiae c. 1° actus
entis in potentia quatenus est in potentia quam definitionem
sic explicant interpres Aristotelis 1° motus dicitur actus entis,
quia quod oritur ab aliqua virtute est actus motus enim venit
a quadam virtute 2° actus non est nihili sed alicujus entis
cum nihili nulla sit virtus nullaque perfectio. 3° dicitur
in potentia quia quidquid movetur est partim in actu partim
in potentia in actu quidem quatenus aliqua virtute agitur in
potentia vero quatenus ad ulteriorem terminum tendit 4°
dicitur quatenus in potentia quia ut intelligatur vera mutatio
mobile debet esse in actuali pendentia ad ulteriorem terminum.
Observa 2° apud Aristotelem duo non motu distinguuntur termini,
nimirum terminus a quo mutatio incipit et terminus ad quem
tendit mutatio quo obtento illa desinit.
2° quia motus specificatur a terminis sicut facultas ab objectis
pro diversitate terminorum motus fiunt specifice multiplices
et diversi jam vero iniquum peripatetici terminus motus vel
est substantia vel quantitas vel qualitas vel ubi sicque datur
motus ad substantiam motus ad quantitatem ad qualitatem,
ad ubi qui omnes specie distinguuntur. motus ad substantiam
vel habet substantiam pro termino ad quem vel privationem
substantiae si prius dicitur generatio si posterius vocatur corruptio
neutra autem proprie motus appellari debet iniquis Aris
toteles sed mutatio tantum quia utraque perficitur in instanti
motus vero omnis ex mente Aristotelis exigit successionem
generatio definitur a peripateticis transitus a non esse tali
substantiae ad esse talem substantiam v.g. cum ex ovo fit pullus
generatio est quia materia ovi transit a non esse pullo ad esse pullum.
Corruptio ab iisdem definitur transitus ab esse tali substantiae
ad non esse talem substantiam v.g. quando ex carne fiunt vermes
caro corrumpitur et transit ab esse tali substantiae ad non

ex latem substantiam unde patet ex unius corruptione sequi generationem alterius.

Motus ad quantitatem habet ipsam quantitatem pro termino ad quem: illa autem quantitas vel est major vel est minor si major motus dicitur accrescio, si minor decressio appellatur.

Accrescio est motus a minore quantitate ad majorem talis est motus quo infans crescendo fit homo. decressio est motus quo corpus decrescendo ex majore fit minus sic corpus humanum senescendo minus paulatim evadit.

Motus ad qualitatem habet pro termino ad quem qualitatem, illa vero qualitas vel est perfectiva sui subjecti vel noxia et destructiva. si prius dicitur alteratio perfectiva si posterius nuncupatur alteratio corruptiva.

Alteratio perfectiva est quaedam substantiae mutatio ratione qualitatum quae sunt ad bonum substantiae et ipsi connaturales v.g. ex peripateticis dum aqua de calida fit frigida tunc alteratur alteratione perfectiva quoniam ipsius est qualitas ad bonum aquae et ipsi connaturalis. alteratio corruptiva est quaedam substantiae mutatio ratione qualitatum quae sunt ad malum substantiae et ipsi noxiae v.g. iniquum peripatetici dum aqua de frigida fit calida quia calor est qualitas ad malum aquae et ipsi noxia.

Motus ad ubi habet ubi pro termino ad quem, ille autem motus ~~ad ubi habet~~ dicitur a peripateticis talis seu motus localis.

His omnibus praemissis ex Aristotele quae sunt vel falsa vel obscura vel inutilia prorsus ad motus fit intelligentiam.

Conclusio 1.a

Unus est motus nempe Localis.

Probatur nam unus est motus localis si motus quidicitur ad substantiam quantitatem qualitatem per unum motum totalem recte explicari possem atque resita se habet ex quidem omnia illa phenomena prodeunt ex sola partium transpositione detractione aut additione in his autem omnibus mutationibus nihil deprehenditur praeter motum localem manifestius patet dum varias prosequemur naturae procreationes.

Conclusio 2.a

Definitio motus ab Aristotele tradita debet rejici.

Probatur nam illa definitio debet rejici quae est obscura nec convenit soli definito atq. definitio motus ab Aristotele tradita est ejusmodi. 1.o obscura est ad hoc enim satis est quod audita illa definitione minus intelligatur quid sit motus quam antea atq. res ita se habet; 2.o haec definitio non convenit soli definito, quod enim convenit intellectioni humanae illud non soli motui convenit: atq. allata definitio convenit intellectioni humanae nam intellectio humana est actus entis in potentia quatenus in potentia seu quatenus omnia tendit ad ulteriorem cognitionem; hoc etc. itaque seglectis iis quae Aristoteles circa motum variasque illius species suis physicorum libris scripta reliquit ulterius nobis progrediendum est videndum quid de motu sentiunt recensiores.

Unanimis fere et concors est nunc philosophorum opinio unum scilicet admittendum esse motum localem, eoque contineri et perfici omnia naturae phaenomena sed in exponenda motus illius natura non consentiunt inter se.

Ex Carthesio 2.a parte physicorum numero vigesimo quinto motus est translatio unius partis materiae, sive unius corporis ex vicina illorum corporum quae illud immediate contingunt, et tanquam quiescentia spectantur in vicinam aliorum monet quod Carthesius ibidem motum spectari a se non ex vulgi usu et opinione, sed ut est in rei veritate et secundum propriam illius naturam verum abs re non erit ipsum audire Carthesium suam definitionem interpretantem numero vigesimo quinto et sequentibus

1.o per unum corpus inquit Carthesius sive per unam materiae partem intelligo id omne quod simul transfertur et sic hoc ipsum constare possit ex multis partibus quae in se alios motus habeant.

2.o dico translationem non vim, vel actionem quae transfert ut ostendat motum semper esse mimobile non vero immovente.

3.o addidit translationem fieri ex vicina corporum contiguorum in vicinam aliorum non vero ex uno loco in alium locum quia loci acceptio varia est, et pendet a cogitatione

4.o addidit translationem fieri ex vicina non quorumlibet corporum contiguorum sed eorum duntaxat quae tanquam quiescentia spectantur, ipsa enim translatio est reciproca nec potest intelligi corpus A B transferri ex vicina corporis C D quin simul intelligatur corpus C D transferri ex vicina corporis A B ac plane eadem vis et actio requiritur ex una parte atque ex altera quapropter si omnino propriam et non

ad aliud relatam naturam motui tribuere vellemus cum duo corpora contigua unum in unam aliud in aliam partem transferrentur sicque a se mutuo separantur tantundem motus in uno quam in altero hic diceremus. At hoc in communi loquendi usu nimium abhorrei. Cum enim assueti sumus stare in terra et eam in quiescentem considerare quamvis aliquas ejus partes aliis minoribus contiguas ab earum vicinia transferri videamus non tamen ipsam ideo moveri putamus hujus rei ratio precipua pergit Carthesius hic quod motus intelligatur hic totius corporis quod movetur nec ponit ita intelligi hic totius terrae ob translationem quarumdam ejus partium ex vicina minorum corporum quibus contiguae sunt ... et infra numero trigesimo pergens Carthesius sic habet interim recordabimur id omne quod reale hic ac positivum in corporibus quae moventur, propter quod moveri dicuntur, reperiri etiam in aliis ipsorum contiguis quae tamen in quiescentia tantum spectantur, hucusque Carthesius.

Omnes fere philosophi atque etiam plurimi ~~ipsi~~ ~~etiam~~ Carthesii discipuli recenserunt a Carthesio circa naturam motus et quidem merito.

Conclusio 3a.

Rejicienda hic motus definitio quam tradidit Carthesius.

Probatur nam illa definitio rejicienda hic ex qua plurima sequuntur absurda atq. ex definitione motus plurima sequuntur absurda a Carthesio tradita; absurdum hic enim idem corpus in rei

veritate quiescere simul et moveri, moveri simul versus orientem et occidentem, unum corpus non posse velocius altero corpore moveri. atq. ex definitione Cartherii haec sequuntur 1.° quidem idem corpus moveretur et quiesceret in rei veritate. sint enim tria corpora A, B, C. corpus C incipiat moveri versus occasum, dico in mente Cartherii corpus B medium moveri simul et quiescere 1.° movetur nam illud corpus movetur quod transfertur e vicinia aliorum corporum contiguorum atqui dum corpus C transfertur e vicinia corporis B corpus B pariter transfertur e vicinia corporis C cum in mente Cartherii translatio sit reciproca et tantum dem sit motus in uno quam in altero; ergo 1.° corpus B moveretur. 2.° quiesceret nam non transfertur e vicinia corporis A contigui et juxta ipsum quiescentis ergo &c.

2.° idem moveretur versus orientem simul et occidentem nam dum corpus C movetur versus occasum supponatur corpus A moveri versus ortum corpus B medium movebitur versus orientem respectu corporis quod petit occasum et simul movebitur versus occidentem respectu corporis B quod orientem petit.

3.° unum corpus non potest moveri velocius altero corpore siquidem ex Cartherio translatio sit reciproca et tantum dem motus est in uno corpore quam in alio unde cum emittitur globus ferreus e tormento bellico non minus movetur tormentum bellicum quam globus ferreus. haec omnia incommoda in causa fuerunt cur omnes fere discipuli Cartherii ita in parte a magistro recesserint novasque tradiderint motus definitiones tres tantum ibi expendemus.

Motus a Sylvano regis 1a parte physicae libro 1o C. 1o definitur applicatio successiva activa corporis per illud omne quod habet exterius ad diversas partes corporum immediate contiguorum sic autem suam ipse Regis definitionem interpretatur.

1o Motus dicitur applicatio, non res applicata ut ostendatur motum esse modum corporis moti non vero substantiam 2o dicitur applicatio successiva, ut motus differat a quadam quietis specie quae est applicatio permanens iisdem corporibus immediate contiguis.

3o illa applicatio dicitur activa ut motus differat ab alia quietis specie quae est applicatio successiva sed passiva, talis est applicatio navis quae ex opposito propellitur viribus aequalibus ab aqua fluminis et aere agitato.

4o dicitur secundum illud omne cum corpus habet exterius, nam inquit regis definitur motus corporis integri non autem aliquarum hujusce corporis partium unde cum corpus non applicatur aliis corporibus secundum omnes suas partes exteriores sed secundum aliquas tantum non motum sed agitatum dici debet.

5o dicitur applicatio ad corpora immediate contigua siquidem motus non debet definiri per ordinem ad distantiam quia relatio ad corpora distantia non est nisi denominatio exterior quae non mutat subjectum in quo spectatur: a Motus autem est mutatio vera et positiva quae corpori moto advenit quando de quiescente fit motum sic suam regis definitionem exponit.

motus definitur ab authore institutionis physicae translatio continua et successiva corporis a loco in locum

jam vero ille author per locum intelligit spatium seu extensionem quae quidem extensio a corporibus non reipsa, sed per mentem duntaxat et matematice distinguitur id est intelligit materiam ipsam et illius partes quae per imaginationem finguntur et redduntur immobiles.

Motus definitur a Callio celeberrimo in universitate Cadomensi olim philosophiae professore contactus corporis inaequalis cum inaequali, id est juxta Callium tum corpus movetur quando suis extremitatibus hoc est superficiebus, respondet successive aliis extremitatibus majoribus v. g. cum pila exteriore sua superficie respondet successive superficiebus omnium alicujus tabulati pavimentorum tunc moveri intelligitur quia omnes illius tabulati pavimentorum superficies sunt majores sola superficie exteriore illius pilae, sic suam Callius mentem interpretatur. nunc vero quid sit sentiendum de tribus illis definitionibus declaram tres subjectae conclusiones.

Conclusio 4a.

Motus male definitur a ~~Carthesio~~ Sylvano Regis probatur nam vitiosa est definitio ex qua plurima sequuntur absurda: atque talis est definitio motus a Sylvano regis tradita absurdum est enim nullum corpus posse moveri, corpus mutare locum nec tamen moveri, corpus aliquod dici posse agitatum quamvis non moveatur: atque haec omnia sequuntur ex definitione mox allata

1.° Nullum corpus potest moveri; ut enim corpus moveatur posita definitione regis debet applicari variis successive corporibus contiguis per virtutem sibi propriam non vero per virtutem alienam, id circo enim immente

regis, navis viribus aequalibus in oppositas partes plura ab aere et aequa non movetur quia per aliam virtutem puta aeris et aquae pellitur. Contra vero piscis resistendo aquae profluenti niquit regis movetur, quia propria virtute fertur in unam tantum partem: atq nihil propria virtute movetur ut Regis ipse fatetur Capite 1.º Ergo &c.

2.º Corpus mutaret locum nec tamen moveretur ut enim mutet locum satis est quod vicinam Corporum Contiguorum mutet quae vicinia secundum regis est verus locus atqui potest mutare illam viciniam per applicationem successivam passivam Ergo &c.

3.º Corpus aliquod dici posset agitatum et quiescens quod implicat cum Corpus quiescere non possit et agitari simul Ergo &c.

Conclusio 4.ª

Admitti non debet definitio motus ab authore instituti onis philosophicae tradita.

Probatur nam motus definitur ab illo authore translatio continua et successiva Corporis a loco in locum atq. illa definitio non debet admitti in mente authoris ad hoc satis est quod explicet motum per aliquid quod pendet a Cogitatione nostra imo ab errore mentis atq. resitor se habet nam explicat motum per locum qui locus in mente auto ris nihil est quam superficies Corporum in communi spectata quae evadat immobilis et fixa per nostram Cogitationem atq. hujusce modi locus illa superficies immobilis et fixa pendent omnino a Cogitatione nostra imo ab errore mentis erat enim mens quando supponit et spectat immobilia Corpora quae non modo sunt mentaliter mobilia sed quae etiam perpetuo moventur adde quod locus debet existere

a parte rei et extra mentem atq. illa superficies in communi et mathematice spectata ut pote quid universale non potest extra mentem existere nam juxta principia authoris universalia existunt duntaxat in mente nec possunt existere a parte rei ergo motus debet definiri per aliquid aliud quod sit a mente independens.

Dices supponatur lignum altissiodoro parisios secundo flumine delatum, quando quidem id fieri potest atqui illa hypothesi aliquo pars fluminis quae velut immobilis spectatur, potest digito monstrari ab iis qui altissiodori remanserunt ergo superior definitio debet admitti.

Nego minorem nempe aliquam fluminis partem tanquam immobilem posse monstrari ab iis qui altissiodori remanserunt, sed potest tantum ostendi aliqua pars spatii unde delatum sit signum quae pars est in rei veritate immobilis.

Conclusio 6.a

Motus male definitur a Callio

Probatur nam motus definitur a Callio contactus corporis inaequalis cum inaequali atq. vitiosa sit haec definitio 1.o quia absurda sit et alteriori atque longa explicatione indiget ut manifestet naturam motus; 2.o quia ideo Callius hanc tradidit definitionem ut effugeret incommoda quae reperiuntur in definitione Carthesii: atq. Callius sua definitione haec incommoda non effugit omnia enim incommoda definitionis Carthesianae de motu veniunt ex eo quod apud Carthesium superficies corporum ambientium sit verus locus ex quo aestimari debeat locus atq. pariter apud Callium alius non sit locus. hinc ex definitione Callii perinde ac Carthesii sequitur flante vento revera moveri turrim nec minus motus debet esse in ipsa quam in aere cum fiat contactus corporis inaequalis nimirum turris cum inaequali puta aere.

Nostra Sententia.

Nostra Sententia

Observa 1.° ex iis quae dicta sunt in refellendis superioribus definitionibus patet necesse esse admittere extensionem aliquam immobilem distinctam ab ipsis corporibus quae sit locus omnium corporum. 1.° quia peripatetici cartesiani et caeteri philosophi illam concipiunt. 2.° quia aliam confugere coguntur ut explicent motum alioquin incidunt in plurimas absurditates ex quibus se expedire nequeunt.

Obs. 2.° quando corpus aliquod movetur seu transfertur de loco in locum duo distingui debent in illa translatione nimirum ipsa translatio et causa translationis. Causa translationis est virtus motrix applicata mobili, qua corpus transfertur de loco in locum vel resistit alteri virtuti dico esse virtutem qua transfertur corpus vel resistit, quia contingere potest in fine applicatis virtutis motricis alicui corpori nec tamen suo loco moveatur. id autem fit quod eidem mobili applicatur alia virtus quae intensa qua pellitur in partem oppositam priori determinationi quo in casu corpus illud viribus aequalibus hinc et inde pulsum non dicitur translatum sed esse in nisu unde patet duplicem esse effectum virtutis motricis applicatae mobili. puta translationem et nisum quo alia virtus motrix sustinetur.

translatio definitur praesentia mobilis loco successiva haec translatio est modificatio ipsius mobilis concipitur enim ut modificatio mobili inhaerens qua mobile formaliter intelligitur fieri praesens diversis successive locis virtus autem motrix applicata mobili est applicatio moventis quia quae illam movens intelligitur agere in mobile haec virtus generali nomine vocatur aliquando dicitur impulsus et impetus.

Motus. Et quies ut nominimus initio hujusce articuli duo sunt ita inter se connexa ut unum sine alio vix intelligi queat. hinc est quod qui tractarunt in motu tractarunt etiam in quiete.

Obs. 1.° Corpus quiescens et corpus motum intelliguntur ambo presentia loco ita tamen ut corpus motum sit presens successive, corpus vero quiescens sit presens permanenter: hinc sequitur presentiam loco esse gradum genericum respectu motus et quietis. Successionem autem et permanentiam hae gradus specificos qui contractum gradum genericum et constitutum duplicem gradum diversum

Observa 2.° Corpus in nisu positum praesens sit loco permanenter eaque sit corpus quiescens simpliciter. quare addi debet aliquid per quod duo isti status inter se differant: igitur quies pro ut opponitur motui potest definiri presentia mobilis loco permanens sine impetu, nisus autem potest definiri presentia mobilis loco permanens cum impetu

Obs. 3.° quies potest subdubitari respectu considerari, 1.° quatenus opponitur motui, 2.° quatenus opponitur translationi. Nonnulli voluerunt quietem non esse nisi motus privationem; alii vero contendunt quietem esse statum positivum, immo habere aliquam virtutem his positis, sic

Conclusio 1.ª

Quies ut opponitur translationi non est privatio, sed status positivus corporis quiescentis.

Pro. nam quies pro ut opponitur translationi est presentia corporis loco permanens. atque presentia corporis loco permanens est status positivus. tamen enim presentia corporis loco permanens, debet dici status positivus, quam presentia corporis loco successiva. atque est adversariis presentia corporis loco successiva est quid positivum. ergo presentia corporis loco permanens debet quoque dici quid positivum.

Et certe quando genus est positivum et differentiae sunt positivae pariter species debent dici positivae: atque genus translationis localis et quietis est quid positivum, minimum presentia loco; differentiae puta successio et permanentia

cum etiam positivae ergo species quae exurgunt ex
unione illarum differentiarum cum genere debent
quoque hic quid positivum proindeque &c

Con. 2a

Quies considerata prout opponitur impetui
non est quid positivum.
Pro. nam illud non est quid positivum quod consistit in
aliquo privativo: atque sic se habet quies considerata pro
ut opponitur impetui ad hoc satis est quod posita priva
tione impetus statim intelligatur quies prout opponitur
impetui: atque ita se habet si quidem posita privatione
impetus corpus intelligitur praesens loco permanenter in
videbimus ubi de legibus corporis quiescentis, ergo &c.
hinc sequitur 1o. si quies spectetur in corpore solitarie
sumpto, quale foret corpus quiescens in vacuo, nullam
dicit virtutem. si vero spectetur in corpore communicante
cum aliis corporibus quibus resistat, dicit virtutem sibi
adjunctam, si duo corpora ad extremitates vectis appensa
quiescunt quidem, sed cum virtute et nisu, quia alterum
alteri resistit.
2o. quies ratione sui non suscipit magis et minus,
id est in corpore majori non est major intensive, sed
tantum extensive, quatenus in corpore mole majori
pertinet ad plures partes, quam in corpore mole minori.
3o. si in corpore quiescente sit aliqua virtus et resistentia
haec non oritur a quiete, sed ab impetu corpori quiescenti
inexistente.
4o. denique corpus solitarie sumptum si quiescat,
cujuscumque fuerit molis poterit suo loco moveri motu
minore et minore in infinitum, cum enim corpus
in hac hypothesi sit passive indifferens ad hanc vel
illam loci partem quaecumque virtus supponatur ipsi
applicata de sua quiete deturbabitur, contra ut sentit

Cartesius ut videbimus infra ubi de legibus motus

An sint motus, nisus et quies

Hoc articulo disputabitur de existentia motus nisus et quietis, variaque solventur quaestiones quae pertinent ad motum nisum et quietem.

Translatio localis hic alter effectus motus quatenus sumitur pro impulsu et impetu, si igitur translationem localem existere probaverimus, motum existere constabit adversus zenonem, qui fertur negare olim existentiam motus. itaque sit

Con. 1.a

Existit translatio localis.

P. nam dantur in nobis sensationes et illarum sensationum relationes ad objecta extra nostram animam posita sicut per sensum intimum constat: atq. nisi daretur translatio localis, qua mediante haec objecta agerent in partes organicas nostri corporis, v. g. sol in organum visus, corpora sonora in organum auditus &c. illae sensationes et sensationum relationes nequaquam fierent; nec enim excitantur in anima nostra sensationes nisi occasione motuum qui sunt in partibus organicis nostri corporis: proindeque &c.

Et certe dum zenonistae negant existentiam translationis localis eam probant; nec enim negare nec suam sententiam manifestare possunt nisi vel sonos de articulando vel caracteres exarando: atq. nec sonos de articulando, nec caracteres exarare possunt absque translatione locali quarumdam materiae partium cuilibet attendenti patet; proindeque &c.

Dices si corpus moveretur, vel in loco ubi est, vel in loco ubi non est: atq. neutrum dici potest, non sum

quia in Corpus moveatur, debet mutare locum. non enim
quia Corpus non potest moveri ubi non est; ergo &c.
Nego maj. Corpus enim non debet moveri in loco ubi sit nec
in loco ubi non est; sed movetur a loco ubi sit, in locum ubi non sit

Con. 2a

Existit nisus.
Pro. nam existit nisus, si plurima dentur corpora, quae ita
quiescant relative ad se invicem, ut suae translationi locali resis
tant. atq. dantur plurima corpora quae ita conquiescunt relative
ad se invicem, ut suae translationi locali resistant, v. g. qui lapidem
aut trabem a terra divellere et ab uno loco in alium locum trans
ferre aggreditur, is resistentiam experitur: haec autem resistentia
oritur a compressione generali totius vorticis. hinc sequitur

Con. 3a

Hoc presenti nostro vortice non datur quies sine nisu.
Pro. nam ut daretur quies sine nisu, deberet dari corpus solita
rie quiescens, et minime communicans cum aliis corporibus
comprimentibus: atq. nullum datur ejusmodi corpus, quia
omnia corpora circulari motu ab occasu in ortum rapiun
tur ut postea videbimus.

Cur sit motus

Quaeritur ibi quaenam sint causae motus: motus autem
sumitur vel pro ipso impetu et impulsu, vel pro nisu, vel
pro ipsa translatione de loco in locum, quae necessario sequitur
ex impulsu, quando impulsus non insumitur ad aliam
virtutem sustinendam.
Causa finalis proxima impetus, nisus et translationis
est perfectio universi et mirabilis illius partium ordo
atque dispositio. Causa finalis remota est Deus ad quem
referuntur omnia. Causa exemplaris est idea ipsius qui movet,
nempe Dei. Causa efficiens translationis et nisus est motus
ipse, seu impetus et impulsus.
Haec satis constant; verum difficultas est circa causam effici
entem et physicam ipsius impetus seu actionis motrix. itaque
sic

Conclusio

Solus Deus est causa efficiens impetus.

Ergo nam ille solus est causa efficiens impetus, qui solus potest mobilia transferre localiter: atq. solus deus id potest. nam ille solus potest transferre mobilia localiter, qui potest ipsa producere in variis successive loci partibus: atq. solus deus potest mobilia producere in variis successive loci partibus: nam mobilia producere in variis successive loci partibus, est denuo ipsa creare in uno loco et incipere eadem in alio creare: atq. solus deus potest creare, ut vidimus in metaphisica; ergo &c.

Et certe vel solus deus est causa efficiens impetus, vel spiritus creati, v.g. animae rationales habent potentiam motricem proprie dictam: atq. animae rationales hanc potentiam non habent; nam si hanc haberet anima rationalis, vel ratione sui ipsius, vel ratione sui corporis, vel ratione corporum ambientium: atq. nullum horum dici potest. 1.o quidem anima rationalis non habet vim motricem proprie dictam respectu sui ipsius: substantia enim quae non potest phisice efficere in deo non existere in uno loco et ut in alio incipiat existere, non habet vim motricem proprie dictam respectu sui ipsius: atq. anima rationalis non potest id phisice efficere probatum enim fuit nullam substantiam sibi dare posse existentiam, ergo &c.

Praeterea non magis anima rationalis se se transferre potest ex uno loco in alium, quam se ipsam ex una parte durationis in sequentem phisice transferre: tamen enim varia loca sunt animae rationali contingentia, quam variae durationis partes: atq. anima rationalis non potest se ipsam phisice transferre ex una parte durationis in sequentem, ut constat ex dictis de conservatione; ergo &c.

2.o Anima rationalis non habet vim motricem proprie dictam respectu sui corporis: si quos enim motus in corpore suo phisice produceret, los certe qui liberi vocantur, v.g. motum linguae, brachii, pedis &c. atq. anima rationalis motus jusmodi non phisice producit: tum quia si motus illos phisice produceret, eosdem ad libitum augere posset, quod adversatur experientiae; tum quia si corpus suum anima phisice transferret, ipsum successive conservaret in variis loci partibus

quod prestare nequit ut constat ex dictis de conservatione.
tum quia anima rationalis ignorat quae nam corporis
sui partes sint, cum movendae, ut caeteras postea moveantur
tum denique quia productio motus motus est inutilis, quando
quidem sufficiens existit ejusquantitas in sanguine muscu-
lis et aliis corporis humani partibus, ut organa transferantur
ad nutum animae; proindeque &c.
3.° Anima rationalis non habet vim motricem proprie
dictam respectu corporum ambientium, si enim physice
moveret corpora ambientia, hoc prestaret mediante corporis
sui motu, atq. anima non potest corpus suum plus de movere
ut modo probatum fuit; ergo &c. proindeque &c.

Solvuntur objectiones

Objicies 1.° tam anima rationalis potest producere
motum, quam cognitiones et volitiones, atq. ex nobis physice
producit cognitiones et volitiones; ergo &c.
Nego majorem et paritatem, ratio disparitatis est quia
cognitiones et volitiones sunt actiones ad intra quarum
productio non attingit substantiam ipsam; at productio motus
est actio ad extra quae attingit ipsam substantiam, siquidem motum
producere est substantiam in variis loci partibus conservare
Obj. 2.° Experientia constat nos movere pedes manus caput &c.
ergo &c.
Dis. Antecedens constat nos tanquam causas occasionales mov-
ere pedes manus &c. Con. Ant. tanquam causas efficientes
Nego Ant. equidem nobis attendentibus et reflectentibus
patet ad nutum et inclinationem nostrae voluntatis vulgo
sequi motum manus aliorum pedum &c. modo propensio
et inclinatio voluntatis non excedat corporis nostri vires; at
vero quantumvis attendamus et reflectamus, non unquam
reperiemus nos tanquam causas efficientes producere motus
partium nostri corporis, contra sentiemus et deprehendemus
nos hoc debiliores et infirmiores quam ut id prestare valeamus
Instabis anima rationalis physice producit id cujus

In immediate conscia: atq. anima rationalis in imm
ediate conscia motuum brachii pedis &c. Ergo &c.
1.° Ergo maj. nam anima in immediate conscia impres
sionum carnis sitis et doloris: atq. tamen anima has impres
siones physice non producit; ergo &c.
2.° Ergo minorem quia anima in quidem conscia intentio
nis et volitionis, ut brachium et pedes moveantur; sed non
in conscia horum motuum, quando quidem hi motus
non sunt ipsius modificationes. Si igitur anima judica
veri organa corporea a se moveri hoc judicium
latum fuit absque matura reflectione tum in suam
mentiam tum in ipsius motus naturam et hoc prejudi
cium natum in ex eo quod organorum illorum varii motus
semper concomitati fuerint animae impressiones.
Ms. homo peccat in pluribus motibus: atq. non peccaret
nisi tanquam causa efficiens produceret ejusmodi motus;
ergo &c.
Ergo minorem ut enim homo peccare censeatur peccas
se non in se producat motus quibus peccat, sed satis
in quod ad nutum et inclinationem illius voluntatis, illi
motus producantur et communicentur certis quibusdam
illius corporis partibus 2.um certas quasdam determina
tiones: atq. id fit, quamvis enim homo non producat
motum attamen ad illius nutum et inclinationem pro
ducitur atque communicatur motus certis quibusdam
corporis nostri partibus juxta eam quantitatem et deter
minationem quam homo sigu, modo, ut diximus,
propensio et nutus voluntatis non superet presentes
machinae corporeae vires.
Adde quod peccatum hominis non oritur a motu produc
to aut communicato, sed ab actione voluntatis ad cujus
nutum motus producitur et communicatur ut probatum
in metaphysica ubi de concursu, idque probatur

Evidenter exemplo bellvarum, in quibus sunt omnes jeli motus producti et communicati, nec tamen illum hic peccatum.

Obj. 3.° Genesis c. 1.° haec leguntur producit terra herbam virentem facientem semen juxta genus suum pariter produxerunt aquae pisces maris et cetae grandia ergo

Corpora si non ratione materiae saltem ratione formae substantialis producunt motum ergo &c.

Dis. Ant. terra ab ipso deo mota et in motu conservata produxit herbam. Con. Ant. terra per semel ipsam produxit motum ex quo producta est herba vegetativa Ant.

Equidem terra popularitter sumpta id est quatenus movetur ad lata et omnes illius partes in motu conservantur produxit herbam; eodem modo aquae produxerunt pisces maris et cetae grandia verum ipse motus nec a terra nec ab aquis producitur, nec communicatur proprie loquendo ut patebit infra ubi de communicatione motus

Quamvis autem anima rationalis non habeat vim motricem proprie dictam ne tamen a vulgari loquendi usu recedatur, dicendum erit animam rationalem et se ipsam, et corpus suum, et corpora quaedam ambientia movere interim recordabimur haec intelligenda esse solo tantum sensu, quod sit causa occasionalis ejusmodi motuum eodem modo raciocinandum est de Angelis.

Ex iis omnibus sequitur 1.° illam solam substantiam physice movere posse quae sola est immobilis; 2.° Deum quem admodum et solum creatorem, ita et solum esse motorem.

Qualis sit motus

Quamplurime numerantur motus proprietates quales sunt quantitas continuatio determinatio communicatio successio &c. praecipuas hoc loci expendemus, caeteras examinaturi possimus in physica particulari

De quantitate motus

Quantitas generatim est copia et amplitudo lutis; jam vero tres sunt quantitatis species nempe duratio extensio et intentio hic non agitur de extensione motus. Si enim sumatur pro impetu, quoniam est modificatio causae moventis seu Dei de la philosophandum est sicut de caeteris Dei modificationibus ab immensitate diversis. Si vero motus sumatur pro translatione, quoniam est modificatio ipsius mobilis, de ipsa philosophandum est, sicut de extensione ipsius mobilis. non agitur etiam hic de duratione motus, de qua dicetur ubi de motus continuatione. Super est igitur ut de sola motus intentione hic disseramus.

Certum est translationem mobilium in capacem esse intentionis aut remissionis, quia est modificatio mere passiva, solus igitur impetus concipitur intentionis aut remissionis capax, cum enim impetus sit actio causae moventis, et actio possit esse vel intentior vel remissior, ut constat de actu amoris in nobis, impetus intelligitur intentionis et remissionis capax. his positis

Quaeritur utrum certo judicare possimus de quantitate impetus applicata mobili, id est, utrum certo determinare possimus quos gradus intentionis impetus quidam corpori moto fuerint applicati.

Ad 1. haec quaestio multiplicem potest habere sensum, vel enim agitur de quantitate impetus applicata uni corpori solitarie sumpto. vel de quantitate motus applicata uni corpori relative ad quantitatem alteri corpori applicatam. praeterea haec corpora considerantur vel habita, vel nulla habita ratione fluidi ambientis. his notatis

Res. 1.° certo determinare non possumus quaenam sit quantitas motus applicata corpori solitarie sumpto, quia nullum nobis suppetit medium quo id nobis innotescat.

2.° quantitas absoluta impetus applicati mobilibus sive homogeneis, sive eterogeneis, prorsus a nobis ignoratur, quia nihil hic per quod dicamus in notitiam unius quantitatis absolutae, nimio molem corporum absolute sumptam cognoscere non possumus.

3.° Si duo corpora sint heterogenea, ita ut ignoretur aeterogeneitatis discrimen seu non cognoscatur quanta sit illius moles relative ad molem alterius, tunc determinare non possumus quaenam sit utriusque mobilis quantitas etiam relativa, quia cognosci non potest quantitas relativa motus, quin cognoscatur quantitas molis, ut patebit hoc modo dicendis.

4.° ignoramus pariter quantitatem vel relativam impetuum duobus corporibus homogeneis applicatorum, ubi corpora transfluidum aliquod agitantur, nisi prius certo noverimus fluidum hoc aequali, vel facilitate, vel difficultate tragici posse ratio hic quia si fluidum illud difficilius divideretur in uno loco quam in alio, major requireretur impetus quantitas ad transferendum unum ex illis mobilibus per partem fluidi magis resistentem, quam ad transferendum aequali velocitate corpus aliud aequale per partem fluidi minus resistentem.

5.° quantitas relativa motuum corporibus homogeneis applicatorum certo determinari potest, dummodo corpora haec spectentur nulla habita ratione fluidi ambientis, aut dummodo moveantur intra fluidum ejusdem ubique resistentiae. idem dicendum erit si corpora sint heterogenea, et innotescat heterogeneitatis

igitur 6.° quantitas relativa motus in duobus corporibus homogeneis spectatis nulla habita ratione circumstantis fluidi repetenda hic ex mole et velocitate utriusque corporis. Velocitas autem cognoscitur ex spatio decurso, et tempore quod ius unitur ad illud decurrendum, id est, si per breve tempus spatium longum decursum fuerit, corpus censetur velociter motum; si vero per longum temporis intervallum spatium breve percursum fuit, corpus dicitur minus velociter motum. quapropter si duo corpora sint mole aequalia et eadem velocitate rapiantur, dicuntur eamdem habere motus quantitatem;

Si vero sint mole inequalia, licet eadem velocitate rapiantur, inequalem habent motus quantitatem, et corpus mole majus majorem corpus autem mole minus minorem habebit; v.g. sint duo corpora A et B; corpus A sit duorum pedum, et corpus B unius pedis, et duo corpora aequali velocitate moveantur, quantitas motus duplo major erit in corpore A, quam in corpore B. Si corpus A foret trium pedum, quantitas motus in ipso foret triplo major.

R. 2.° quo pacto generatim determinari possit aequalitas et inequalitas respectiva motus in duobus corporibus, quorum moles sunt homogeneae et quae spectantur nulla habita ratione fluidi in quo moventur.

R. aequalitas et inequalitas motus in duobus corporibus certo generatim habetur, si moles cujusque corporis multiplicetur per suam velocitatem. Haec enim multiplicatio dabit duo producta quae si aequalia fuerint quantitas motus hic aequalis in utroque corpore. Si vero unum productum sit majus altero, excessus ostendet excessum motus unius corporis supra motum alterius, respectabit exemplo. Si moles corporis A se habeat ut duo, et velocitas qua fertur se habeat ut tria, multiplicata mole per velocitatem vel vicissim, habebit sex, quod productum hic quantitas moles corporis A. Contra si moles corporis B se habeat ut tria et velocitas qua progreditur se habeat ut duo, multiplicata mole corporis B per illius velocitatem aut vicissim, habebit sex, quod productum hic quantitas motus in corpore B, sic quae constabit quantitatem motus in duobus illis corporibus esse aequalem. Si vero remanente eadem mole et velocitate in corpore A, augeatur moles in corpore B. ita ut fiat ut sex et semper illius velocitas remaneat ut duo, tunc multiplicata mole per velocitatem, vel velocitate per molem, multiplicatio dabit duodecim, quod productum hic quantitas motus corporis B. unde constabit quantitatem motus in corpore B esse duplo majorem quantitate motus in corpore A.

Q. 3.° quotuplex hic possit inequalitas molis et velocitatis respectiva duorum corporum quae inter se conferuntur.

Res. duplicem tantum hic posse inequalitatem hanc reciprocam et minime reciprocam.

Inequalitas molis et velocitatis reciproca hic, quando excessus molis compensat precise defectum velocitatis, vel quando excessus velocitatis precise compensat defectum molis: id autem fit cum excessus molis corporis majoris supra molem corporis minoris hic aequalis excessui velocitatis corporis mole minoris supra velocitatem corporis mole majoris. V. g. si moles corporis A. se habeat ut quatuor et illius velocitas ut duo, moles vero corporis B. se habeat ut duo et velocitas ejus ut quatuor, inequalitas molis et velocitatis in duobus illis corporibus erit reciproca, cum tantum reperiatur virtute in uno quam in altero.

Inequalitas molis et velocitatis minime reciproca hic quando excessus unius non compensat precise defectum alterius, quod fit cum excessus molis corporis majoris supra molem corporis mole minoris, non hic aequalis excessui velocitatis corporis mole minoris supra velocitatem corporis mole majoris, V. g. si moles corporis A. se habeat ut tria et illius velocitas ut duo, moles vero corporis B. se habeat ut duo et velocitas ut quatuor, inequalitas molis et velocitatis in duobus corporibus non hic reciproca, quia major hic excessus velocitatis in corpore B. quam excessus molis in corpore A.

Itaque ut habeatur velocitas respectiva duorum corporum, dividenda sunt spatia decursa per tempus intra quod decursa fuerunt. Si quoti fuerint aequales, velocitates erunt aequales. Si inequales fuerint, quotus major dabit majorem velocitatem.

Hinc 1.° Si spatia decursa et tempora sunt aequalia, velocitates erunt aequales. 2.° Si spatia sunt aequalia et tempora inequalia, velocitates erunt reciprocae ut tempora. 3.° Si tempora fuerint aequalia et spatia inequalia, velocitates erunt ut spatia. 4.° Si tempora et spatia sint inequalia, velocitates erunt inter se ut quotientes spatiorum decursorum per tempora divisorum.

Pariter, ut supra diximus, habetur quantitas respectiva impetuum in duobus corporibus, quando moles cujusque corporis multiplicatur per ejus velocitatem.

Hinc 1.° quando moles et velocitates sunt aequales, vel inaequales inaequalitate reciproca, quantitates impetuum sunt aequales. 2.° quando moles sunt aequales et velocitates inaequales, impetus se habent ut velocitates. 3.° si velocitates sint aequales et moles inaequales, impetus se habent ut moles. 4.° quando moles et velocitates sunt inaequales inaequalitate minime reciproca quantitates impetuum sunt inter se ut producta quae fiunt ex multiplicatione cujusque molis per suam velocitatem.

Ex iis tanquam ex principio generali pendet mechanica, id est, scientia machinalis, quae occupatur in attollendis movendis et transferendis ponderibus iisque ad equilibrium perducendis. Cum autem ab illa parte physices plurimae deriventur utilitates et commoda in vitam humanam abnere non sint de illa saltem breviter agere itaque sit

De Mechanica

Mechanica sumitur loco proea physicae parte, quae docet quomodo corpora majora vi modica moveri et transferri possent. Duae sunt illius partes, nimirum geostatica, quae occupatur in movendis corporibus solidis et terrestribus, et hydrostatica, quae versatur circa liquorum equilibrium.

Generalia hic trademus principia quibus haec utraque scientia nititur et praesertim geostatica, quae septem praecipuis utitur machinis, ut facilius transferat corpora gravia. Illae autem machinae sunt vectis, Gallice le Levier accis in peritrochio, Gallice tourniquet, vocatur Cabestan quando accis ut parallelus orisunti, dicitur vero Vindas, quando accis ut perpendicularis orisunti; Trochlea Gallice une poulie rotae dentatae, Gallice roue a dents; Cochlea, Gallice une vis planum inclinatum, Gallice, un plan incliné, Cuneus, Gallice le Coin

De Vecte

Vectis est quidam palus oblongus et solidus, quo ubi solem ad gravia pondera facilius movenda. in vecte tria distingui debent, 1° momentum, 2° resistentia seu pondus, 3° fulcrum.

momentum est potentia movens, quae applicatur alicui parti vectis.

pondus seu resistentia est corpus quod movendum est, quod que intelligitur alligari alteri parti vectis.

fulcrum est porro quae immota et fixa intelligitur, et cui innititur vectis dum pondus et potentia moventur, id est, attollantur aut deprimuntur.

Tres sunt vectis species pro triplici ratione qua fulcrum componi potest cum potentia et pondere; vel enim fulcrum ponitur inter potentiam et pondus ut in prima figura ubi fulcrum f ponitur inter potentiam seu momentum m et pondus p, et en prima vectis species; vel fulcrum ponitur in altera parte extrema vectis, et tunc vel pondus p collocatur inter fulcrum et momentum m, et fit secunda species vectis, ut in 2a figura; vel ipsum momentum m ponitur inter pondus p et fulcrum, et tunc habetur tertia vectis species, ut in 3a figura potentia augetur in 1a et secunda vectis specie, in 3a vero imminuitur et debilitatur.



in ja specie quantum distantia f M. superat distantiam f p, quae reperitur inter fulcrum et pondus, tantum potentia M. superat et vincit pondus p. hinc si haec distantia f m, quae intergacet inter fulcrum et potentiam sit decies major, quam distantia quae reperitur inter fulcrum



A Paris chez Hecquet ruë S.t Jacq.s à l'Image S.t Maur.



f. et pondus P, atque pondus sit centum librarum, modo poten
tia aequivalens decem libris et paulo amplius, ipsa attollet
pondus. potentia et pondus ita movebuntur, ut dum vectis
punctum p, cui alligatum est pondus, unum spatii digi
tum percurrit, punctum M cui applicatur potentia sive vis
motrix percurrat decem digitorum spatium, nam sic puncto
fulcri f describantur duo arcus alter intervallo f m quod est
distantia fulcri a potentia, et alter intervallo f p, quod est distan
tia fulcri a pondere, constabit evidenter arcum quem describit
punctum m, cui applicatur potentia motrix, fore decies majorem
arcu quem describit cui alligatur pondus P. sicque excessus
velocitatis potentiae supra velocitatem ponderis compensabit
defectum molis in potentia. quod si potentia aequivaleret
decem precise libris, tunc potentia et pondus remanerent in
aequilibrio, quia forent in ratione reciproca molis et velocitatis.
Ex illa 1a vectis specie facile explicantur quae pertinent ad stateram
romanam.
In 2a specie vectis, quae exhibetur figura 2a, tanto efficacius
et facilius potentia M attollet pondus P, quanto majus
distantia f M superabit distantiam f P; quo longius enim
potentia recedit a fulcro, eo magis crescit, illius velocitas supra
velocitatem ponderis. ad hanc 2am vectis speciem revocari
debet culter quo histores suis in officinis uti solent ad dividen
dum et partiendum panem.
In 3a vectis specie, quam exhibet 3a figura, potentia non
redditur efficacior, sed potius debilitatur et vires adduntur
ponderi; quia, ut patet ex figura, distantia potentiae m a
fulcro f minor est, quam distantia ponderis P ab eodem ful
cro; proindeque ex dictis dum potentia et pondus moventur, poten
tia minus debet conficere spatii, quam pondus, proindeque minor
erit virtus applicata potentiae, quamquam applicatur ponderi.

De acce in Peritrochio

Accis in Peritrochio est machina quae adhibetur ad sublevanda, vel trahenda graviora pondera in ipsa est cylindrus qui duobus tunc et inde fulcris sustinetur et habet tympanum circum positum quod peritrochium vocatur, in cujus ambitu


K
L
F
D m n o
G
B
A
H
I
P

De Trocleâ

Trocleâ est machina quæ uno vel pluribus constat orbiculis circa suos acces volubilibus. auxilio trocleæ circumposito funeductario ingentia attrahuntur pondera. in hac machina unicus est aliquando orbiculus, aliquando duo aptantur aliquando tres aliquando quatuor &c.



Si unicus sit orbiculus qui volvatur circa suum accem immobilem, ut in figura 1a potentia seu vis motrix non adjuvatur. quapropter ad attollendum centum librarum pondus requiritur potentia quæ sit quoque centum librarum et amplius. Si duo aptentur orbiculi, itaut accis unicus sit immobilis, accis vero alterius simul cum pondere moveatur et attollatur, ut in figura 2a, tunc potentia equivalens quinquaginta libris et paulo amplius attrahere potest pondus centum librarum ratio est quia in illa propositione potentia percurrit spatium duplo majus spatio quod a pondere

percurritur, et cum aliunde potentia supponatur equivalere quinquaginta libris et paulo amplius, major hic quantitas motus in potentia, quam in pondere, et consequenter potentia debet vincere resistentiam ponderis.

Jam vero si in trochlea tres sint orbiculi, virtus potentiae triplicatur, et potentia viginti librarum et paulo amplius ad tollit pondus sexaginta librarum, quia illius velocitas triplo major futura hic quam velocitas ponderis. Si trochlea constat quatuor orbiculis ut in 4a figura quadruplicatur virtus potentiae, et potentia viginti quinque librarum et paulo amplius ad tollit pondus centum librarum, quia ex constitutione trochleae partes futurum in potentia percurrunt spatium quatuor pedum, dum pondus percurrit spatium unius duntaxat pedis. Cum autem potentia supponatur viginti quinque librarum et amplius, major hic quantitas motus in potentia, quam in pondere, juxta principia a nobis constituta.

Pater trochleam hic vectem primi generis in quo fulcrum ponitur inter pondus et potentiam, accessum orbiculorum se habent in fulcrum.

De rotis dentatis

Rotae dentatae revocari debent ad vectem: alium autem illae rotae orbiculi quidam ex cupro, vel cupro, vel alia quavis materia solida constructi, in quorum circonferentia aptantur dentes qui alii alios aptissime congruant et inserantur, v. g. si potentia m minus librae et paulo amplius, quae intelligatur movere rotam A et illius acci conjunctam rotulam C quae fallit dicitur pignon.



Pl. 9.

fig. 1





fig. 2

fig. 3



fig. 4



fig. 5



a Paris chez Hecquet sur la Place Cambray a limage St Maur

Si supponantur ene duntaxat decem dentes in rotula C et centum in rota D, qui inserantur dentibus minoris rotae in hoc casu dum minor rota C decem circuitus conficiet, grandior rota D unum duntaxat circuitum absolvet, atque adeo potentia in unius libra et paulo amplius movens rotam A cum rotula C, attollit pondus decem librarum alligatum axi rotae D. Si iterum rotae multiplicentur et acci rotae D aptetur alia rotula, quae decem pariter habeat dentes, quibus denticulis aptetur grandior rota in cujus circonferentia sint centum dentes in illo casu potentia unius libra et paulo amplius in 1a rota attollet pondus centum librarum alligatum tertiae rotae, nam dum potentia appena primae rotae centum pedes spatii conficiet, pondus ad 3am rotam alligatum absolvet unum duntaxat pedem spatii, quod sequitur evidenter ex principiis supra positis.

Observa in ejusmodi demonstrationibus nullam habere rationem attritus funium et accium cum rotis, quo attritu plurimum interdum debilitatur actio potentiae seu virtutis motrices.

De Cochlea

Quochlea nihil aliud est quam planum inclinatum et circumductum circa cylendrum quod si quochlea solidas et prominentes habeat spiras, quae inserantur denticulis alicujus rotae, quochlea poterit movere rotam sine fine ideoque vocatur cochlea infinita. id omne intelligitur ex figura.



De plano inclinato

planum inclinatum nihil aliud quam superficies quaedam plana quae angulum acutum efficit cum linea orizontali; v. g. linea FE representat planum inclinatum ad lineam orizontalem DE, cum qua efficit angulum FED, qui dicitur angulus inclinationis. unde quo minor futurus sit angulus FED, eo majus planum sit inclinatum. linea FD dicitur altitudo plani. FE vocatur longitudo plani et linea DE appellatur basis plani.



adhibetur planum inclinatum ut facilius graviora corpora attollantur vel demittantur, v. g. si 2um lineam FD perpendicularem attollendum foret pondus A, vel demittendum, tota illius gravitas deberet sustineri, contra si pondus istud moveretur in plano DE, illius gravitas minime foret sustentanda; sed aliunde neque ascenderet, neque descenderet ut igitur mediam viam inire possit, qua globus ascendat aut descendat, et quaedam pars ex illius gravitate detrahatur, recte uteris plano inclinato; non minore vi opus sit ut corporis A plano inclinato insistente, aut descensus prohibeatur, aut ascensus promoveatur, quam si deciderit in libero aere.

Quaeritur quomodo se habeat pondus ad potentiam quae sustinetur in plano.

Res. 1.° pondus se habet ad potentiam quae sustinetur, ut inclinata ad orizontem se habet ad perpendicularem eidem orizonti. v. g. FE ad FD. tunc si inclinata FE sit tripla ipsius perpendicularis FD, totum pondus sit triplum illius virtutis quae sustinetur. et sic ratio unaquaeque sit de aliis proportionalibus magnitudinibus inclinatae sunt orizontem ad perpendicularem orizonti.

Res 2.° pondus se habet ad vim quae premit planum inclinatum,

seu ad partem ponderis quae sustinetur, ut inclinata se habet ad orizontalem, v.g. ut FE ad DE.

R. 3.° potentiae quibus sustinentur tandem pondera supra plana diversimode inclinata, se habent inter se ut sinus angulorum inclinationis ad orizontales se habent inter se, v.g. potentia M sustinens pondus A supra planum FE, se habet ad potentiam S, quae sustinet pondus A supra planum BL, ut FD sinus anguli inclinationis FED ad BC sinum anguli inclinationis BLC.

De Cuneo

Cuneus est prisma triangulare cujus duo latera desinunt in communem lineam rectam, magna est illius vis et utilitas in fendendis corporibus vel durissimis, ut cuique notum est.



Debet revocari ad planum inclinatum, cum revera constet ex duplici plano inclinato, ut patet ex solo intuitu cunei. 2.um duo illa plana sunt et inde partes corporis quod finditur assendere coguntur. Sunt ex quod eo facilius dividantur corpora, quo majis inclinata sunt plana ex quibus constat cuneus.

Ex his paucis quae diximus possunt facile colligi quaecumque pertinent ad geostaticam. omnes enim machinae quae solent adhiberi ad movenda corpora ex vecte et plano inclinato repetuntur, seu potius sunt ipsae vectis et planum inclinatum diversimode composita. in his autem omnibus machinis potentia movens eatenus majorem acquirit vim ad movenda corpora majoris ponderis, quatenus longiori spatio potentia compensat defectum moliri ponderis.

De Continuatione motus

Constat experientia corpus semel motum aliquamdiu perseverare in suo motu. Sic flatus ferreus et tormento bellico emissus per satis longum temporis intervallum in suo motu perseveraret. Sunt quaerunt plures ici quae nam sit causa cur motus in illo corpore perseveret.

Sensent Peripatetici causam hanc hic recursum oris a tergo.

quando corpus aliquod projicitur, in quium aer interior pressus
et ad latera sedens a tergo recurrit ne remaneat vacuum, ibi
que corpus projectum premit eodem ferme modo, quo nucleus cerasi
pressione digitorum impellitur.
Alii aer a tergo recurrenti addiderunt vis ejus elasticam, qua
fiunt alii a fronte compressus a tergo recurrat et elaterium
suum exhibeat in corpus projectum.
Carthesius longe aliter sentit; contendit enim quaerendam
non esse causam cur motus perseveret in corpore semel projecto,
sed potius quaerendum esse cur desinat ille motus; quia, inquit,
lex est constantissima natura, ut unaquaeque res in eo statu
in quo semel est posita perseveret, nisi ab eo statu dimoveatur
per aliquid extrinsecum. Hinc quando corpus semel motum
moveri desinit, quaerenda est causa quae potuit illius motum
sistere.

Conclusio.

Causa motus continuati, seu translationis localis continuatae,
est impetus corpori primum impressus.
Probatur nam causa motus continuati, est impetus corpori
primum impressus. Si impetus semel impressus debeat perseverare
in projecto: atque res ita se habet. nam impetus ille nihil aliud
est quam applicatio virtutis motricis facta mobili: atque illa
applicatio debet perseverare in projecto; tandiu enim debet per
severare quandiu non occurrit causa occasionalis cur mutetur
quantitas motus applicata mobili, et ita communicetur aliis
corporibus, ut tandem in priori corpore desinat; ergo datur vera
causa cur motus perseveret in corpore projecto; proindeque in bene
arguit Carthesius adversus peripateticos quaerendo est potius causa,
cur motus semel impressus desinat et cesset, quam cur perseveret.
Obs. 1°. principium illud Carthesii unaquaeque res semper in
eo statu remanet, in quo semel est posita, non debet extendi ad
spiritus v. g. ad animam rationalem, quae active indifferens
est et sui ipsius determinativa, sed debet de corporibus tantum
intelligi.
2°. principium istud ad corpora restrictum, non debet etiam intel
ligi

de translatione locali, quae dicit perpetuam mutationem loci
unde corpus sub eo respectu non potest dici in eodem statu remanere
quia perpetuo mutat statum seu locum. igitur principium
Carthesii praesertim intelligendum sit de impetu corporis impresso.

Solvuntur objectiones.

Obj. aeris a tergo recursus et illius elaterium sunt causa
motus continuati. ergo &c.

Nego antecedens nam illud non sit causa motus continuati
in corporibus, quo sublato motus continuaretur et perseveraret
atque sublatis aeris a tergo recursu et illius elaterio, motus
in corporibus continuaretur. nam supponatur corpus moveri
in vacuo, ibi nullus foret aeris recursus nullumque elaterium.
atque tamen corpus semel motum in vacuo moveri pergeret
tunc enim debet corpus pergere moveri, quando nulla sit causa
cur desinat moveri. atque in illa hypothesi nulla foret causa
cur corpus cenaret moveri. sic quidem nihil ibi potest assig-
nari praeter immensitatem divinam et ipsum corpus quod
moveretur. atque 1.° ipsum corpus, ut pote passive indifferens ad
ad motum et quietem, non potest hic causa cessationis motus,
et sicut motum sibi procurare non potest, ita motum sibi
semel impressum nequit sistere. 2.° immensitas divina non
sit causa cur motus cesset in corpore quod huic non resistit motui
corporum, illud non potest impedire et sistere motum corpo-
rum. atque talis sit immensitas divina, ut pote penetrabilis;
ergo &c.

Et certe si recursus aeris a tergo et ejus elaterium forent causa
motus continuati, corpora quorum major pro mole foret superficie
deberent ductius permanere in motu, quam hoc corpora quorum
minor pro mole foret superficies, quia aeris a tergo recurrentis
copia major esset et majus proinde elaterium. atque plurimis expe-
rimentis contrarium probatur; sic globus ligneus ejusdem ponderis
cum ferreo et hujus proinde major sit superficies, non longius
percurrit spatium quam globus ferreus. sagitta transversim
projecta minus spatium conficit quam si cuspide divideret aerem;
pariter dum projiciuntur cartae multo longius progrediuntur
cum oblique et lateraliter emittuntur, quam si transversim
et plana superficie in aerem offenderent; ergo &c.

Ins. tam aer a tergo recurrens potest premere corpus projectum et illud impellere, quam nucleus serasi pressione digitorum comprimitur et impellitur: atq. hoc posterius fit. Ergo &c.

Nego maj. et paritatem. ratio disparitatis est quod nucleus serasi inequaliter comprimitur digitis, proindeque debet elabi ea parte qua minus comprimitur; secus dicendum est de aere a tergo recurrente, aer enim anterior, ut pote dividendus, majis resistit, quam premit aer a tergo recurrens.

Deinde motus digitorum quibus premitur nucleus serasi non venit a nucleo: contra motus aeris a tergo recurrentis oritur a corpore projecto; satenus enim aer recurrit a tergo, qua tenus a fronte pellitur.

Praeterea si aer a tergo recurrens esset causa motus continuati, motus deberet semper perseverare, quia semper adest aer a tergo recurrens.

Denique aer forcius a tergo recurrit respectu corporis sursum projecti, quam respectu projecti deorsum: in priori enim casu adjuvat aeris gravitas, in posteriori nocet: atq. tamen impetus corporis sursum projecti debilitatur, augetur vero impetus corporis deorsum mentis: ergo causa illius motus continuati non est aer a tergo recurrens et premens.

De Determinatione motus

Corpus est se et ex natura sua indifferens est ut moveatur et qui exeat. Si incipit moveri, indifferens est ut in hanc vel illam loci partem dirigatur, cum hac vel illa motus quantitate. nam quod est indifferens ad aliquam formam, est quoque indifferens ad motum, ad affectiones illius formae: atq. corpus est indifferens ad motum, quantitas et determinatio sunt affectiones motus; ergo corpus est indifferens et quidem passive ad quantitatem et determinationem motus.

Determinatio motus generatim est directio motus in unam loci partem potius quam in aliam: motus et determinatio motus inter se differunt 1.° quia diversimode concipiuntur, 2.° quia motus et determinatio veniunt a diversis causis occasionalibus. 3.° quia remanente et perseverante eodem motu seu impetu potest mutari determinatio, 4.° quia motus manente eadem determinatione potest augeri vel minui.

Determinatio motus potest spectari in uno et eodem corpore, vel in pluribus corporibus. Si prius, alia est secundum lineam rectam,

alia secundum lineam curvam.

Determinatio 2um lineam rectam multiplex est, alia enim perpendicularis, alia orisuntalis, alia diagonalis.

Determinatio 2um lineam curvam pariter multiplex est, alia enim est circularis, alia elliptica, alia parabolica &c.

Si determinationes motus spectentur in pluribus corporibus, sunt etiam multiplices; aliae enim sunt amicae aliae inimicae, aliae disparatae.

Determinationes amicae sunt directiones mobilium ex una et eadem parte loci in unam et eandem loci partem; ejusmodi determinationes reperirentur in corporibus A et B, si ambo ab oriente in occidentem moverentur.

Determinationes inimicae sunt directiones mobilium ex partibus loci diametraliter oppositi in eandem loci partem; illae determinationes forent in corporibus A et B si corpus A ab oriente et corpus B ab occidente profecta sibi invicem occurrerent ad eandem loci partem.

Determinationes disparatae sunt directiones mobilium 2um lineas quae productae se se intersecarent; tales determinationes invenirentur in corporibus A et B, si corpus A veniens ab oriente occurreret corpori B venienti a septentrione.

Sunt et aliae determinationes motus quae spectantur quasi ex multis aliis compositae, v.g. quando mobile dirigitur 2um diagonalem quadrati, censetur moveri 2um determinationem compositam ex orisuntali et ex determinatione ad orisuntem perpendicularis. pariter currus equis juncti moventur 2um determinationem compositam ex recta et ex circulari. Terra in sistemate copernicano, dum motu diurno circa suum accessum et annuo circa solem volvitur movetur 2um determinationem compositam ex duabus aliis circularibus.

Occasione illarum determinationis distributionum duo hic stabilienda sunt principia generalia maximi momenti in tota physica; prius, corpus quod movetur, de se semper recta movetur; posterius, corpus quod circulariter movetur, singulis momentis nititur recedere a centro sui motus. hoc 2um principium sequitur ex priori.

Corpus quod movetur, de se recta movetur.

Probatur nam illud de se recta movetur, quod a recta linea incipit moveri, quod deque sibi relictum a linea recta deflectere non potest. atq. sic se habet corpus quod movetur; 1.° quidem incipit moveri 2.um lineam rectam. nam incipit moveri a puncto ad punctum: atq. 1.° duo puncta lineam tantum rectam constituunt; 2.° quando corpus movetur a puncto ad punctum, debet moveri via omnium brevissima, idenim sit de ratione divinae potentiae ne fiant per plura quae fieri possunt et debent per pauciora: atqui linea recta sit via omnium brevissima; ergo corpus quod movetur incipit moveri a recta linea.

2.° corpus motum 2.um lineam rectam, si sibi permittatur ab illa linea recta deflectere non potest. nam quod sit passive indifferens ad quamlibet determinationem si ad unam restringatur et sibi permittatur ab illa determinatione non deflectet. atq. corpus sit passive indifferens ad quamlibet determinationem initio sui motus restringitur ad determinationem 2.um lineam rectam. ergo si sibi permittatur ab illa linea non deflectet et consequenter corpus recta de se movetur.

Hinc sequitur 1.° si corpus describendo lineam aliquam obiicitur a recto transit deflectit, tot debent excogitari obices, quot fuerunt deflectiones; v.g. corpus non potest describere triangulum nisi ab aliqua causa ter deflectatur; quadratum nisi quater deflectatur; si figuram mille laterum describeret, deberet dari causa extrinseca quae millies mutaret determinationem illius.

Itaque quoniam circulus sit figura constans lateribus numero infinitis, ut corpus concipiatur describere circulum debent dari perpetui obices quibus illius determinatio continuo mutetur. unde si unus ex illis obicibus tollatur et corpus sibi permittatur, statim exit circulo per lineam rectam, quae sit tangens circuli quem corpus describebat. id probatur experientia admodum familiari. si enim lapis funda agitatur, ut nonnulli adolescentes,

et dum circulariter agitur, dimittatur alter funda funiculus statim lineae elabitur lapis juxta tangentem circuli quem describebat. Si v.g. funda AB, quae rotando lapidem describat circulum BC. Si in puncto B unus dimittatur funda funiculus, lapis non perget ad punctum C. sed movebitur 2um lineam BE, eoque celerius, quo vehementius funda torquebatur. unde consequitur 2um illud principium de quo supra nempe corpus quod circulariter movetur nititur singulis momentis recedere a centro sui motus, eo quo vehementius quo fortius agitatur.



Solv. obj.

Objicies 1o. Cum saliler corpus quod movetur et sibi permittitur non debet moveri juxta lineam quae est contra ordinem naturae: atq. linea recta est contra ordinem naturae. nam contra naturae ordinem est in corpus sic extra locum suum: atq. corpus ponitur extra suum locum, quando movetur juxta lineam rectam. nam locus nequit saliler cuique corpori proprius est ille, in quo corpus nec recedit a centro nec ad illud accedit. atq. corpus motum per lineam rectam a centro recedit vel ad illud accedit. ergo &c.

Observa antequam huic argumento detur responsio, cum Galileus loquitur de recessu a centro et de accessu ad illud, patet ab ipso naturam ibi sumptam non fuisse pro ipso Deo, sed pro universitate et compage rerum corporearum; his observatis

Nego majorem nam corpus sibi permissum non est corpus spectatum habita ratione ordinis naturae et aliorum corporum. quare quamvis sibi permissum, id est solitarie sumptum recta moveri debeat, attamen quando comparatur cum aliis corporibus motis non debet sic moveri, cum enim in illo statu et in hac hypothesi invenias perpetuos obices, consentaneum est naturae legibus ut de linea recta transmittatur. itaque linea recta est quidem contra legem naturae sumptae pro compa-

ge

rerum corporearum; at vero non hic contra legem naturae
id hic contra legem a deo institutam de motu corporis solitarie
sumpti.
Praeterea principium istud galilei: huius cuique corpori locus
hic ille in quo corpus a centro non recedit, nec ad illud accedit,
falsum hic [illegible] es ita se haberet, vita animalium
foret impossibilis, quia sanguis illorum a corde per arterias
ad extremas corporis partes non deberet fluere, nec ab extremis
partibus ad cor per venas refluere. nullae namque possent fieri
generationes corporum; succi nutricii non possent intra
plantarum et arborum truncos ascendere, vel descendere.
plantae non possent modo accedere ad centrum sui motus, modo
ab eodem recedere. quae omnia adversantur experientiae, ergo
nullo fundamento vititur objectio galilei
Obj. 2°. Corpus semel in aliquo statu positum, debet in illo
permanere: atq. corpus motum circulariter in aliquo statu
ponitur; ergo non debet ab illo recedere; proindeque si sibi per
mittatur non debet moveri recta.
Nego minorem nam illud corpus non debet dici positum in aliq
uo statu, quod suam perpetuo mutat determinationem: atq.
corpus circulariter motum suam perpetuo mutat determinatio
nem. Siquidem singulis momentis deflectitur linea recta quam
primum caepit insistere: unde non hic in uno, sed in multiplici
statu.
Ins. tam motus circularis hic unus et idem status, quam
motus rectus: atq. motus rectus hic unus et idem status. ergo &c.
Nego maj. et paritatem. ratio disparitatis hic quod omnis
motus incipit a linea recta, siquidem initium motus hic prog
ressus a puncto ad punctum: atq. talis progressus fit secundum
lineam rectam, non vero curvam; nam duo puncta, ut dictum
hic in probatione lineam tantum rectam efficere possunt non
curvam ad quam tria saltem puncta requiruntur, ut patet
evidenter iis qui tantis per ad elementa geometriae animum

attenderunt, ig[itu]r motu Circulario determinatio perpetua
manebit.

Obj. 3.o motus Circularis non est simplex naturalis quam motus
rectus: ergo corpus positum in motu Circulari debet ipso perseverare.

Dist. Ante. Dum motus Circularis non habet simplex naturalis quam
motus rectus, quando deest causa quae plenum proximum mutando
determinationem superpositi super subiectum negat. Antecedens; ego de
illoque licet naturalis simplex corpus motum ei sibi permissum
recto moveatur, pariter naturale sit ei super centrum circum ege
bus adeo simbitatis, ut corpus quod 1.o recta moveatur, toties quam
multas determinationem, quotiens occurrunt causae ei obices
negat organum motoris 2.um privem determinationem, id hic 2.um
licet omnia rata pro sine hoc in mundo summa sint plena
plena, perpetuo occurrunt obices ne corpora recta transire
moveantur, provinde quia naturale sit ei plurimis
fiant motus Circulares, nimis nullus sit motus rectus qui non
sit motus Circularem adjunctum; sed hinc non sequitur
corpus motum ei debere simul tam naturales motum
Circularem, quam rectam. Nam ei Circulariter moveatur,
debet sum motum determinationem semper in recta transire
quam recta

transire non pone se uno corpore in aliud quemadmodum
scientia petri non potest transire in paulum rotunditas
corporis a in corpus B. quotiesigitur dicemus partem motus
unius corporis alteri corpori fuisse communicatam, hoc
intelligendum sit de eo quod Deus qui solus physice
movere potest applicuerit corpori obvio partem impetus
qui totaliter antea applicabatur corpori incurrenti.
Quorum physici quae nam sit causa illius communica
tionis.
Ut tuci quaestioni satisdaplex distingui debet causa,
alia efficiens, alia occasionalis; causa occasionalis est ea
quae proprie non communicat motum, sed est occasio cur
motus communicetur. Causa efficiens est ea quae vere commu
nicat motum. his positis sit

Conclusio 1a

Solus Deus est causa efficiens communicationis motus.
Probatur nam ille solus est causa efficiens communicatio
nis motus, qui solus potest communicare motum: atqui
solus Deus potest communicare motum; nam communicare
motum proprie nihil aliud est quam applicare v.g. corpori
B virtutem motricem quae antea applicabatur corpori A.
atq. solus Deus id prestare potest; nam solus Deus potest move
re, id est conservare corpus in diversis successive locis: atq
applicare corpori B virtutem motricem quae antea appli
cabatur corpori A, nihil aliud est quam movere et conservare
corpus B in diversis successive locis occasione collisionis
corporis A, ergo sicut solus Deus potest producere motum
ita solus potest motum conservare.
Dices motus corporis A est modificatio corporis A: atq modifi
catio corporis A non potest communicari corpori B; ergo &c.
Dis. maj. motus sumptus pro translatione locali est modifi
catio corporis A con. maj. sumptus pro ipso impetu seu virtute
applicata corpori A nego maj: atq &c. concessa minora

et distincto consequente nego consequentiam
itaque translatio localis, cum sit modificatio mobilis, non
potest communicari et transire ab uno corpore in aliud; sed
impetus qui est in corpore A potest communicari corpori B, id
est, transire a corpore A in corpus B; nam illum impetum
communicari corpori B, nihil aliud est quam virtutem
motricem applicatam v.g. secundum quatuor gradus mo-
tus corpori A applicari corpori B si sit ejusdem moli, 2um
duos gradus et removere applicatam corpori A 2um duos alios
gradus: atque id fieri potest et plurimis argumentis ad actum de
facto fieri probatur; ergo &c.

Conclusio 2a.

Corpora sunt causa occasionalis communicationis motus.
Probatur nam illa hic sunt causa occasionalis communi-
cationis motus, quae proprie motum non communicant, sed
sunt tantum occasio cur motus communicetur: atque unum
corpus proprie non communicat motum alteri, ut patet ex
supradictis, sed saepe est occasio cur motus communicetur alteri
corpori, v.g. corpus A incurrens in corpus B proprie ipsi non
communicat motum, sed est occasio cur motus communicetur
corpori B et conservetur in diversis successive locis.

De collisione corporum

Quoniam corpora de se penetrare non possunt dum unum
incurrit in aliud sit collisio et occasione illius collisionis motus comm-
unicatur 2um leges quas infra daturi sumus.
Disputant inter se physici utrum in illa collisione motus augeatur,
an minuatur, non quidem in aliquo speciali corpore; certum enim
est motum unius et ejusdem corporis augeri vel minui, unius ali-
quando desinere omnino saltem sensibiliter. Verum in ea cita
est controversia, utrum quaecumque fiat corporum collisio semper
remaneat eadem motus summa in orbe universo, adeo ut nihil
motus producatur aut pereat, sed quidquid desinit in uno
corpore transeat et migret in aliud. Circa controversiam
hanc tres sunt sententiae diversae

158 1.a Est eorum philosophorum qui admittentes formam substantialem in omnibus corporibus volunt ab ipsa forma substantiali motum de novo aliquando produci aliquando minui, et interdum omnino destrui propter certas quasdam collisiones in ea opinione sunt peripatetici omnes.

2.a Est quorundam recensiorum qui, quamvis excepta anima rationali rejiciunt formas substantiales solumque deum agnoscunt authorem motus tum producti tum communicati, contendunt tamen fieri aliquando certas quasdam corporum collisiones, quae postulant ut motus vel recens producatur, vel minuatur, vel etiam prorsus destruatur. Sic sensent Mariotte e regia scientiarum societate author philosophiae veteris et novae nomine hanc eius de sain lambert, atque etiam author cujusdam operis cui titulus est le voiage du monde de descartes hic autem est pater daniel e societate jesu.

3.a Sententia est Cartherii qui censet in orbe universo remanere eandem precise motus quantitatem quam in 1.a rerum generi produxit deus. hoc autem praesertim argumento niti videtur Cartherius, quod deus foret mutabilis et variaret illius sapientia, si motus de novo produceretur aut destrueretur. quod quidem argumentum nedum difficile infirmi admodum roboris nobis hic videtur. itaque contra sit

Conclusio 1.a

Deus non foret mutabilis et inconstans quamvis motum de novo produceret.

Probatur nam ille non est mutabilis et inconstans, qui exequitur in tempore quod ab aeterno decrevit. atq. si deus produceret motum de novo, produceret in tempore quod ab aeterno decrevisset fieri in aliqua temporis differentia, ergo &c.

Et certe tam deus potuit decernere ab aeterno forent in tempore motum produceret, quam potuit ab aeterno decernere futurum ut produceret animas rationales in tali temporis differentia: atq. hoc posterius potuit deus; ergo &c.

quapropter vel mutabilitatis nec inconstantiae Deus
arguendus est Deus si motum aut destruxerit vel de novo
produxerit in stupendis plurimis miraculis quae patravit
olim v. g. cum tres fuerit in fornace babilonica illeri
remanserunt, cum uxor Loth in statuam salis
conversa est cum aqua in cana Galilaea urbe mutata
fuit in vinum: in his enim omnibus Deus executus est
in tempore, quod ab aeterno decreverat. nullum est igi
tur argumentum quo probavit Carthesius motum de
novo nec produci nec destrui.

Conclusio 2.a

In collisione corporum motus communis nec augetur,
nec minuitur posito presenti naturali rerum ordine.
Pro. nam motus communis non debet dici minui vel
augeri in collisione corporum posito presenti naturali
rerum ordine, si nulla sit causa motus minimuti
vel aucti: atq. posito presenti naturali rerum ordine
nulla est causa motus minimuti vel aucti. si quaenim
esset causa vel quies, vel corpora collidentia, vel impe
tus corporibus impressis, vel determinationes illorum
impetuum. atq. nullum ex iis dici potest.
1.o quies non potest esse illa causa, quia quod neque
impetui neque determinationi resistit, illud non potest
esse causa motus minimuti vel aucti: atq. ~~quies non
potest esse causa motus minimuti vel aucti~~, si quidem
ut videbimus infra virtute minore et minore in
infinitum quies superari potest.
2.o non corpora collidentia. quod enim de se et ex
natura sua non modo passive indifferens ad majorem
vel minorem motum, sed etiam ad motum simpliciter
et quietem non potest esse causa motus minimuti vel
aucti: atq. quodlibet corpus de se et ex natura sua non

modo pariter indifferens est ad majorem vel minorem motum, sed etiam ad motum simpliciter et quietem cum sit quid mere et otiosum.

3.° Non est impetus corporibus impressus, aliter virtus motrix postularet destructionem vel augmentum virtutis motricis quod dici non potest.

4.° Denique determinationes non sunt causa motus minimi vel aucti quia licet determinationes sibi invicem sint aliquando opposita, nulla tamen nit eligitur opposita impetui qui sit primaria illius causa; ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.° Sint tria corpora aequalia A B C; corpus A quiescat, corpora B et C in ipsum simul incurrant, unum quodque cum quatuor gradibus motus, corpus A pellatur a corpore B secundum lineam orisuntalem A R, et a corpore C secundum lineam perpendicularem A O, ita tamen ut si a solo corpore D pelleretur, percurreret quatuor minutis lineam A R, et si a solo corpore C impelleretur, deberet etiam percurrere per quatuor minuta lineam perpendicularem A O; experientia constat corpus A non secundum lineam A R orisuntalem, nec secundum lineam A O perpendicularem, motum iri; sed per quatuor minuta descripturum hae lineam mediam scilicet diagonalem quadrati, cujus latera sunt linea orisuntalis A R et linea perpendicularis A O id manifestum fiet si linea A R in quatuor partes dividatur in punctis F G H, et linea A O dividatur etiam in quatuor partes in punctis I K L et per linearum quae constituunt alia minora quadrata. nam collisione facta corpus A ita movebitur juxta diagonalem ut 1.° minuto veniat ad punctum M, 2.° minuto ad punctum N, 3.° ad punctum E,



Pl. 10.



fig. 67.

fig. 68.

A Paris chez Hecquet rue S.t Jacques a l'Image S.t Maur.

4º denique ad punctum D: atq in illa collisione impetus
fuit minimus. nam corpus A per collisionem debuit accipere
duos gradus ex illo motu qui applicabatur corpori B et duos alios
gradus ex motu qui impressus fuerat corpori C: atq tamen non
describit lineam duplum illius quam percurrisset cum duobus
tantum gradibus motus, si impulsum fuisset duntaxat ab altero
utro ex illis corporibus; quia diagonalis quadrati non est duplo
longior uno latere ejusdem quadrati; ergo in illa hypotesi
motus minimus.

Respondeo 1º collisione facta corpus A ita movendum
esse 1º minuto veniat ad punctum E 2º ad punctum F
et sic de aliis, quia debet ita moveri, ut simul satis faciat
duabus determinationibus minimum orisuntali et perpendicu
lari, id est, debet 1º minuto tantum progredi 2um lineam
orisuntalem et perpendicularem simul quantum progressum
fuisset juxta lineam orisuntalem si a solo corpore B motum
accepisset et quantum processisset 2um lineam perpendicula
rem si fuisset impulsum a solo corpore C: atq si corpus A
sub finem primi minuti reperiatur in puncto ite ecectionis
et sub finem secundi minuti in puncto E et sic de aliis,
tantum progressum sit secundum lineam orisuntalem
simul et perpendicularem, quantum progressum fuisset
2um alterutram, si ab uno tantum ex duobus illis corporibus
motum fuisset ut patet ipsa figura.

2º Nego minorem ad cujus probationem nego majorem
nempe per collisionem corpus A accepisse duos gradus ex
illo motu qui applicabatur corpori B, et duos gradus ex motu
qui fuerat impressus corpori C: equidem si duo illa corpora
B et C seorsim incurrissent in corpus A, singula ipsi comm
unicassent duos gradus motus, sed dum simul agunt, aliter
se habent, quia pars impetus existentis in corpore B sustinet
partem impetus existentis in corpore C et vicissim enim vero
si duo illa corpora incurrissent eodem temporis momento 2um
determinationes directe oppositas in corpus A, nihil motus
ipsi communicasset et collisione facta corpus A remansisset

immotum; hoc cum determinationes juxta quas occurrunt in a sim aliquatenus opposita corpus B et C simul incurrentia non debent communicare tantum motus corpori A quantum communicarent si separatim impingerent, et consequenter pars impetus existentis in corpore B. insumitur ad sustinendam partem impetus existentis in corpore C. proinde que hac collisionis specie non probatur motum communem fuisse immutatum.

Obj. 2°. Sic rota quae orisontaliter disponatur et ita sui nitatur fulcro ut omnes illius radii inter se remaneant in equilibrio. Et tormento bellico emittatur globus ferreus qui impingat in illam rotam, experientia constat globum hunc facta collisione tantundem fere conficere spatii, quantum confecisset si in radium rotae non impegisset; atque hoc experimento probatur motum communem augeri; hoc &c.

Ego minorem hoc enim experimento non probatur motum augeri, sed nulla possit afferri causa illius augmenti nullus sit effectus in hac collisione, quae postulet illud augmentum: atque 1° nulla potest afferri causa illius augmenti; nam si qua foret ejusmodi causa, vel globus emissus, vel impetus ipsius globi, vel radius rotae impulsus, vel corpora circumstantia: atque nullum ex his dici potest non est ipse globus emissus, nam sui ratione sit quidmers et otiosum, nec quidquam producere potest; non sit etiam impetus globo impressus, quia una quidem pars impetus seu virtutis motricis applicatae totaliter alicui corpori potest applicari alteri et altera pars alteri corpori; sed ipsa virtus motrix seu impetus applicatus alicui corpori non potest hic productivus alterius impetus. pariter radius rotae non potest hic causa illius augmenti quia sicut corpus non potest sibi communicare motum, ita non potest augere motum sibi communicatum. idem dici debet de corporibus circumstantibus. denique nullus datur effectus qui probet motum fuisse auctum; hoc &c.

Ins. in hoc experimento datur effectus qui probat motum fuisse auctum, si globus e tormento bellico emissus nihil fere deperdat de suo motu, et rota in quam impingitur, circulariter moveatur per longum temporis intervallum: atq. resita se habet, ut docet experientia. Ergo &c.

Ego majorem nullus enim datur effectus qui probet augmentum motus, si possit explicari sine ullo motus augmento, cum globus emissus impingens in rota nihil fere sensibiliter de suo motu amittat et tamen rota fulcro innixa multos absolvat circuitus: atq. id explicari potest ad hoc enim satis est quod exigua et fere insensibilis quantitas motus rotae communicata a globo sufficiat ut rota plurimos absolvat circuitus, atq. resita se habet: 1.° quia cum rota supponatur in equilibrio posita nulla debet haberi ratio illius gravitatis, quando enim corpora sunt in equilibrio, illorum gravitas non nocet impetui ipsis communicato; 2.° quia cum circonferentia rotae sit continua et minime interrupta fluidum in quo rota movetur nimis offerit motui rotae; 3.° quia modus circularis multo facilius in fluidis absolvitur quam motus rectus, et ubi semel insepit diu perseverat: his observatis bene intelligitur quomodo exigua motus quantitas efficere possit, ut rota plurimos absolvat circuitus et diu perseveret in motu accepta parva et fere insensibili motus quantitate.

Obj. 3.° cum Mariotte, sint duo globi ex argilla siccata conflati, qui ita aptentur quadranti circuli, ut filis appensi prope centrum sint mutuo paralleli, v. g. ad punctum A. filis suspendantur duo globi moli aequales B et C qui demittantur ex punctis B et C ad punctum S. experientia constat duos illos globos ita descendere ex punctis B et C et sibi occurrere in collisione facta minime resiliant: atq. si illa duo corpora minime resiliunt, motus deperditur; ergo &c.



admissa hypothesi nego ex illo experimento sequi motum deperdi. Vel enim experimentum supponitur fieri in vacuo, vel in pleno: atque sive in vacuo, sive in pleno fiat, hinc non sequitur motum deperdi. Si enim experimentum fieret in vacuo, illa quidem duo corpora post collisionem non amplius moverentur localiter, sed in se invicem luctarentur perpetuo sine ulla minimatione impetus ipsis 1um impressi, ut probabitur ubi de legibus motuum; si vero experimentum peragatur in pleno, hoc quod illi globuli post collisionem resiliant non ideirco tamen motus deperditus sed communicatur aere et corporibus circonstantibus; ergo illud experimentum non probat motum communem perire.

Ins. in illo experimento motus sunt oppositi; ergo debent se destruere.

Nego. Antecedens equidem determinationes sibi sunt oppositae in hoc experimento: unde perire debent si corpora post collisionem supponantur reflecti: sed falsum est motus hic sibi oppositos, quia unus motus nunquam opponitur alteri motui, quando res philosophice expenditur.

De legibus collisionum corporum

Spetialem hic instituimus articulum de legibus collisionum; cum enim omnia naturae phenomena prodeant ex motu et communicatione motus corporum haeque communicatio sequatur ex collisione eorundem corporum, ad explicanda et prospicienda naturae phenomena necesse est cognoscere leges 2um quas in corporum collisio: ut autem leges illas quisque facilius animo comequatur, agemus 1o de legibus corporis solitarie quiescentis, 2o de legibus motus in corpore solitarie sumpto; 3o de legibus motus in corpore comparato cum alio corpore.

De legibus corporis solitarie quiescentis

quatuor sunt leges quae pertinent ad corpus solitarie quiescens. 1a Lex

Corpus solitarie quiescens nullam habet virtutem in sua quiete.

Probatur nam ille nullam habet virtutem in sua quiete, quod vel minima virtute e sua quiete dimoveri potest: atqui sic se habet corpus solitarie quiescens. Si quidem ille vel minima virtute e sua quiete potest deturbari, quod posito vel minimo motu debet transferri localiter: atq. posito vel minimo motu corpus solitarie quiescens debet localiter transferri. nam posito vel minimo motu in corpore solitarie quiescente, dari debet effectus formalis illius motus seu virtutis motricis applicatae corpori solitarie quiescenti: atq. nullus afferri potest effectus virtutis motricis applicatae corpori solitarie quiescenti praeter translationem localem, cum enim corpus illud ex hypothesi solitarie quiescens nec communicet cum alio, nullus ei impetus sustinendus; proinde que sola translatio localis potest esse effectus virtutis motricis applicatae corpori solitarie quiescenti; ergo &c.

Ad de quod si quies esset vis quae susciperet magis et minus, illius quantitas repeti deberet ex mole corporis, nihil enim est aliud quo quantitas quietis definiri possit: atq. major vel minor moles corporis quietem non intendit in corpore quiescente sed extendit tantum, id est, facit duntaxat ut quies ad plures partes pertineat. Solvuntur objectiones

Obj. 1.° quies suscipit magis et minus, id est major est in uno corpore quam in alio, si major requiratur virtus ad movendum corpus mole majus, quam ad movendum corpus mole minus: atq. res ita se habet; ergo &c.

Dis. maj. si major requiratur virtus ad movendum in pleno corpus mole majus nego maj. in vacuo subdistingo ad movendum corpus mole majus quam ad movendum absolute corpus mole minus con. maj. ad movendum eadem velocitate nego maj. atq. distincta pariter mi. nego consequentiam itaque primo major requiritur virtus ad movendum in pleno corpus mole majus quam ad movendum corpus mole minus, quo enim majus est corpus quiescens in pleno, eo plura cum ipso communicant corpora ambientia quorum proinde

Vincendo a hi resistentia sed non agitur de corpore quiescente in pleno, disputatur duntaxat de corpore quiescente solitarie sumpto et proinde quiescente in vacuo, vel saltem spectato nulla habita ratione corporum ambientium; porro major quidem requiritur virtus ad movendum equali velocitate corpus mole majus quiescens in vacuo, quam ad movendum corpus mole minus, quia in corpore majore plures sunt partes movendae, proindeque motus debet magis dividi. Sed ad movendum simpliciter corpus mole majus, non requiritur virtus major quam ad movendum corpus mole minus; nam, ut probatum est, corpus solitarie quiescens, cujuscunque sit molis, potest vel minima virtute e suo loco dimoveri

Obj. 2.° quies dicit aliquam virtutem, sicut corpus intelligatur quiescens, requiritur actio aliqua praeter actionem conservationis: atq. resistere se habet; ergo &c.

Nego minorem nam ut corpus intelligatur quiescens alia non requiritur actio praeter actionem conservationis, si posita sola conservationis actione cum negatione alterius actionis, corpus intelligatur quiescens, id est praesens loco permanenter. atq. resistere se habet nam posita actione conservationis cum negatione alterius actionis, corpus intelligitur existere, et non moveri localiter: atq. hoc ipso quo corpus intelligitur existere et non moveri, statim intelligitur praesens loco permanenter.

Ms. quando datur aliquid commune respectu quietis et translationis localis, debet aliquid afferri per quod determinetur ad quietem potius quam ad translationem localem. atq. conservatio communis sit translationis et quieti aliunde nihil afferri potest, quo conservatio determinetur ad quietem potius quam ad translationem praeter actionem quae sit conservationi superaddita. ergo &c.

Nego minorem quoad posteriorem partem, semper nihil

assignari posse quo conservatio determinetur ad quietem praeter actionem conservationi superadditam, quia praesentia corporis loco permanens, quae hic forma quietis constitutiva, determinat conservationem ad quietem, quatenus haec permanentia habet negationem actionis adjunctae conservationi. 2a Lex

Corpus quod quiescit semper quiescit, donec ab alio moveatur.

Pro. nam corpus semel quiescens debet semper quiescere, donec ab alio moveatur, si nullam habeat vim qua possit se transferre de loco in locum: atque resistat se habet hic 1a lege, cum sit quid mere otiosum et passive indifferens ad motum et quietem. hoc &c.

3a Lex

Corpus quiescens nulli motui et determinationi resistit. haec lex sequitur et pendet a 1a.

4a Lex

Corpus solitarie quiescens nihil potest in aliud corpus quiescens.

P. nam quae nullam habent virtutem et mere passive se habent nihil possunt in se invicem: atque talem corpus solitarie quiescens respectu alterius corporis quiescentis, ut patet ex superioribus legibus. hoc &c.

De legibus motus in corpore solitarie sumpto.

Motus, ut supra dictum est, potest spectari vel in corpore solitarie sumpto, vel in corpore comparato cum alio; si prius, subsequentes habet leges.

1a Lex

Corpus quod movetur, a se non movetur.

Probatur nam corpus quod movetur, a se non movetur, si omne corpus de se passive sit indifferens ad motum et solus deus possit motum producere: atque resistat se habet. hoc &c.

2a Lex

Corpus quod movetur, de se semper movetur

Pro. nam corpus quod movetur, de se semper movetur, si motum sibi impressum sistere non possit. atq. resistere se habet; 1o quia corpus quodlibet inerte et otiosum; 2o quia sistere motum in illum non amplius producere. atq. corpus non potest producere motum; hoc &c.

3a Lex

Corpus quod movetur cum certa aliqua velocitate, semper de se eandem retinet.

Pro. nam vera est lex ista, si corpus non possit motum suum augere vel minuere: atq. id constat ex supradictis; hoc si corpus semel motum cum aliqua velocitate incipiat postea moveri cum majori vel minori velocitate, id non venit a se sed ab aliqua causa extrinseca.

4a Lex

Corpus quod movetur potest tardius vel velocius in infinitum moveri remanente semper eadem motus quantitate.

Pro. primo potest tardius moveri, nam si corpus v.g. pedale motum cum quatuor gradibus motus certe hominis fiet illius velocitas, quo magis augebitur illius moles; igitur si fiat centupedale, illius velocitas erit centies minor, si fiat mille pedum illius velocitas fiet millies minor et sic in infinitum.

2o potest velocius in infinitum moveri remanente eadem quantitate, quia sicut moles corporis moti potest augeri, ita potest minui, et major habet illius velocitas; v.g. si moles corporis moti minuatur et fiat semipedalis, duplo major futura est illius velocitas, si decrescat ad centesimam usque partem pedis, centies major erit velocitas; si ad millesimam millies major evadit, et sic in infinitum remanente semper eadem quantitate motus; hoc &c. hinc sequitur

5a Lex

Corpus minus pedis motum cum duobus gradibus motus, duplo velocius movetur, quam si hic bipedale.

Pro. nam quando duos habet pedes, singuli pedes unum duntaxat habent motus gradum, ubi vero minus hic pedis, moles pedalis sola duos habet gradus motus; hoc duplo velocius moveri debet.

De legibus motus Corporis cum alio Comparati

Hactenus tradidimus leges corporis aut quiescentis aut moti solitarie in quibus assignandis parum fuit difficultatis; sed nunc disputatio paulo difficilior evadit.

quando Corpus Comparatur cum alio Corpore vel Comparatur cum alio quiescente, vel cum alio Corpore moto. Si autem ambo moveantur, vel moventur 2um amicas vel 2um inimicas et oppositas determinationes. quaelibet Comparatio suas habebit leges

Observa 1.° Corpora vel supponuntur perfecte dura et nulla habita ratione fluidi in quo moventur, qualia forem si in vacuo ponerentur, vel supponuntur perfecte elastica et tunc considerantur ratione fluidi ambientis in quo moventur.

Corpus perfecte Elasticum sit illud, quod vi externa Compressum sublata compressione se se in pristinum statum perfecte restituit, talis sit Calis, Ebur, folliculus &c

Corpus perfecte durum sit illud, quod nulla vi comprimi potest. unde nunquam resilit.

Obs. 2.° nulla sine Corpora perfecte dura, et quae nulla vi comprimi possent nulla pariter sine Corpora perfecte Elastica, id est quae eadem vi qua compressa fuerunt in pristinum statum sublata compressione restituantur; attamen quia tanta sit tum duritiei, tum virtutis elastici varietas ut nemo possit diversos utriusque definire gradus, satius sit 1.° supponere Corpora perfecte dura, 2.° Corpora perfecte Elastica. hoc pacto facilius determinabuntur leges collisionis Corporum, et postquam innocuerit quid contingere debeat quando Corpora perfecte dura vel perfecte Elastica inter se colliduntur, si quae deinde deprehendatur diversitas in collisione Corporum quae nos ambiunt, sive ut cumque conjicere licebit quaenam sit illorum duritiei aut vis Elastica

De legibus motus corporis perfecte duri incurrentis in aliud corpus perfecte durum et quiescens.

quidquid pertinet ad corpus perfecte durum quod incurrit in aliud quiescens, etiam perfecte durum, unico completemur lege, quae sic se habet.

Si corpus perfecte durum incurrat in aliud perfecte durum et quiescens, cujuscunque fuerit molis, illud l. suo quiete deturbavit, et diviso motu pro ratione molis utriusque pari velocitate movebuntur juxta determinationem incurrentis.

Tres possunt hic casus in illa lege, vel enim corpus quiescens est aequale corpori incurrenti, vel est majus, vel est minus. id exemplo sint subsequentia corpora. in 1° casu sic corpus A pedale incurrens cum sex gradibus motus in corpus B quiescens et pedale.

In 2° casu sic corpus A pedale incurrens cum sex gradibus motus in corpus B bipedale et quiescens.

In 3° casu sic corpus A bipedale incurrens cum sex gradibus motus in corpus B quiescens et pedale.

in hoc triplici casu facta collisione duo illa corpora pari velocitate movebuntur versus partem dextram, verum in 1° casu movebuntur singula cum tribus gradibus motus. in 2° casu corpus A movebitur cum duobus tantum gradibus et corpus B cum quatuor; in 3° denique casu corpus A movebitur cum quatuor gradibus motus et corpus B cum duobus.

Probatur nam collisione facta corpus A movetur si potest moveri, et quidem 2um eam determinationem, juxta quam moveri potest. atq facta collisione corpus A potest moveri et quidem juxta priorem determinationem, id est versus dextram partem. nam corpus A facta collisione potest moveri et quidem 2um

priorem suam determinationem, si Corpus B quiescens, cujus-
cunque sit molis, nec motui, nec determinationi Corporis A
possit resistere. atq. Corpus B quiescens, nec motui, nec determi-
nationi Corporis A resistit, ut constat ex prima et tertia
lege de Corpore quiescente. jam vero si Corpus A movetur
2um priorem suam determinationem, et non possit
penetrare Corpus B obvium, illud e sua quiete deturbabit,
et ambo eadem partem dextram aequali velocitate movebuntur.
vel enim pari velocitate movebuntur, vel Corpus B quod prius
quiescebat velocius movebitur, antecedens quam Corpus A
incurrens. atq. neutrum dici potest.
1.° quidem Corpus B non debet velocius moveri, si quidem in illa
collisione nulla potest afferri ratio cur Corpus B velocius movea-
tur; 2.° Corpus B non debet etiam lenius progredi quam Corpus
A. nam si Corpus B lenius progrederetur, cum A antecedat,
pluries in ipsum impingeret Corpus A, sicque quod potuit
et debuit fieri per unam collisionem, fieret per plures, quod
repugnat sapientiae divinae, quae non prestat per plura, quod
potest et debet fieri per pauciora. hoc collisione facta Corpora
A et B pari velocitate movebuntur. jam vero moveri non
possunt aequali velocitate, nisi motus distribuatur pro ratione
molis Corporum eo modo, quo declaratum fuit in ipsa lege;
hoc vero hic certa illa lex, proinde quod si Corpus motum
incurrat in aliud quiescens, cujuscunque fuerit molis illud
e sua quiete deturbabit et diviso motu pro ratione molis utrius-
que Corporis pari velocitate movebuntur juxta determinatio-
nem Corporis incurrentis.
Dicet Corpus A incurrens in Corpus B non debet illud
movere, sed potius reflecti. nam in collisione Corporum
debet fieri mutatio quam minima potest. atq. in reflectione
Corporis A minoris remanente Corpore B, minor fit mutatio,
quam cum Corpus B e sua quiete deturbatur; hoc nulla lex

Ego Antecedens ad cujus probationem nego minorem nam illa mutatio ad quam producendam requiritur aliqua virtus determinata et certo modo intensa non est minor la mutatione ad quam producendam sufficit vel minima virtus atque corpus A reflectatur et suam mutat determinationem requiritur virtus in corpore B determinata et certo modo intensa quae possit superare sex gradus motus qui sunt in corpore A contra ad movendum corpus B et producendam illius translationem sufficit vel minima virtus, quia corpus B ex 1a et 3a lege de corpore quiescente, nulli motus et determinationi resistit, cum nullam habeat vim ad quiescendum; ergo &c

De legibus motus in duobus corporibus perfecte duris et motis 2um eandem determinationem.

1a Lex

Si duo corpora A et B aequali velocitate moveantur 2um eandem determinationem servabunt omnia

Pro nam nulla potest contingere mutatio in motu duorum illorum corporum, nisi unum agat in aliud: atque unum in aliud agere non potest, cum ambo 2um eandem determinationem et eadem velocitate moveantur.

2a Lex

Si duo corpora A et B 2um eandem determinationem moveantur, ita ut antecedens velocius moveatur, servabunt omnia et nulla fiet collisio

Pro. nam non potest fieri collisio, nisi corpus A subsequens assequatur corpus B antecedens: cum autem corpus B supponatur moveri velocius, nunquam potest attingi a corpore A. proindeque nulla fiet collisio.

3a Lex

Si duo corpora A et B juxta determinationem eandem moveantur, seu inaequali velocitate, ita ut subsequens attingat antecedens, diviso motu ut par sit aequali deinceps velocitate progredientur.

Illa lex tres potest habere casus: atque in tribus illis casibus eadem probatur veritas, ut patebit in tribus exemplis subsequentibus.

Sit 1um exemplum. Corpus A pedale cum octo gradibus motus incurrat in corpus B bipedale motum cum quatuor gradibus

motus a quidem juxta communem determinationem, dico corpus A communicatum huic corpori B quatuor gradus celeritatis.

Probatur nam si corpus A pedale duos tantum haberet gradus motus a corpus B bipedale quatuor, pari velocitate moveretur, ut patet ex 2.a lege: igitur quia corpus A bipedale habet gradus motus, se habet cum tribus gradibus motus corporis B bipedalis, perinde ac si corpus B quiesceret: atqui si corpus A pedale incurreret cum tribus gradibus motus in corpus B bipedale quiescens, ipsi communicaret quatuor gradus motus, retenta duobus aliis in eadem pari velocitate moverentur, ut patet ex 2.a lege: igitur corporis incurrentis in corpus quiescens hoc corpus A pedale incurrens cum tribus gradibus motus in corpus B bipedale progredietur cum quatuor gradibus motus ipsi communicatis quatuor motus gradus. Si cum exemplum corpus A bipedale incurrat cum septem gradibus motus in corpus B pedale, progredietur cum duobus duntaxat gradibus; at hoc corpus A bipedale communicatum huic unum duntaxat gradum motus gradiens corpori B pedali



progredienti cum duobus gradibus motus

Probatur nam si corpus A bipedale incurreret cum quatuor tantum gradibus motus pedali quiesceret, nihilque corpori B communicaret, igitur pari velocitate moverentur, ut patet ex 2.a lege: atqui quoniam corpus A bipedale habet insuper habet alios gradus motus, se habet cum tribus gradibus respectu corporis B quiescentis: atqui si corpus A bipedale incurreret cum tribus gradibus motus in corpus B pedale quiescens, ipsi communicaret unum motus gradum, perinde ac si



corpus B quiesceret: atqui si corpus A bipedale incurreret cum tribus gradibus motus in corpus B pedale quiescens, ipsi communicaret unum motus gradum, perinde ac si

Sit 2um exemplum corpus A pedale incurrat cum sex gradibus motus in corpus B bipedale progrediens cum novem gradibus corpus A pedale communicavit corpori B bipedali unum gradum motus

probatur nam si corpus A pedale progrederetur cum quatuor gradibus motus et dimidio, corpus vero B bipedale cum novem, pari velocitate moverentur nulla que fieret collisio et nulla proinde communicatio. ergo quia corpus A pedale praeter quatuor gradus motus cum dimidio, habet insuper unum motus gradum cum dimidio, se habet cum illo excessu respectu corporis B non secus ac si corpus B quiesceret: atq. si corpus A pedale incurreret cum uno gradu motus et dimidio, in corpus B bipedale quiescens, ipsi communicaret unum gradum motus, in post collisionem pari velocitate moverentur, ergo si corpus &c.

Dices contra 3um exemplum corpus debilius non agit in fortius: atq. corpus A pedale cum sex gradibus motus debilius est quam corpus B bipedale cum novem gradibus motus, ergo corpus A nihil poterit communicare corpori B.

Distingo maj. corpus debilius non agit in fortius, quando determinationes sunt oppositae, transeat major. quando sunt amicae, nego maj. atq. &c. dista p. minore nego Cons. itaque transeat cum corpus debilius non agat in fortius, quando determinationes sunt oppositae, quia tunc debilius repellitur a fortiori: at vero quando sunt amicae determinationes, et velocitas corporis debilioris quod subsequitur, major est quam velocitas corporis fortioris quod antecedit, tunc corpus debilius potest agere in fortius. quia hoc in casu nec virtus nec determinatio corporis fortioris v.g. B antecedentis, agunt contra virtutem et determinationem corporis debilioris, v.g. A subsequentis.

Dixi transeat ad 1um membrum distinctionis majoris, quia licet determinationes sint oppositae, corpus debilius agit in fortius; ad hoc enim satis est si corpus debilius, dum accurrit fortiori, sustineat partem illius impetus: atq. res ita se habet, ut patebit &c. infra dicendis

De legibus motus in corporibus perfecte duris et motis 2um determinationes directe oppositas

Quatuor sunt ibi generales casus, vel enim corporum quae sibi occurrunt moles et velocitates sunt aequales; vel moles sunt aequales et velocitates inaequales, vel moles sunt inaequales et velocitates aequales, vel denique moles et velocitates sunt inaequales.

1a Lex

Si duo corpora perfecte dura mole aequalia et pari velocitate mota, sibi invicem directe occurrant, post collisionem remanebunt immota.

Sint duo corpora A et B ambo pedalia, corpus A venit a sinistra cum tribus gradibus motus, corpus vero B venit a dextra cum tribus etiam gradibus motus et sibi invicem occurrant in puncto C: facta ibi collisione remanebunt immota.



Probatur nam generatim corpus debet remanere immotum, quando hinc et inde paribus pellitur viribus: atq corpus A et corpus B facta collisione hinc et inde pelluntur viribus aequalibus. nam corpus A cum tribus gradibus motus pellitur versus dextram et eodem tempore repellitur versus sinistram a tribus gradibus motus corporis B ipsi occurrentis in puncto C: illud idem dici debet de corpore B, hoc corpora A et B sibi occurrentia hinc et inde premuntur viribus aequalibus, et consequenter &c. Et certe illa duo corpora, cum se se penetrare nequeant, remanere debent immota, si non possent reflecti: atq res ita se habet, nam corpus A v.g. reflecti non potest, nisi detur causa fortior mutans illius determinationem: atq in illa collisione non datur illa causa fortior, quia vires in utroque corpore supponuntur aequales.

Denique nullum corpus reflectitur, ut videbimus infra, nisi sit in ipso vis elastica, quae ipsum restituat in pristinum statum: atq in duobus illis corporibus nulla hic vis elastica, tum quia spectantur ut perfecte dura, tum quia nulla habetur ratio fluidi ambientis, hoc si corpora mole et velocitate aequalia sibi

invicem directe occurrant post collisionem remanebunt immota.

2a Lex

Si duo corpora mole aequalia, sed inaequali velocitate mota sibi invicem directe occurrant, post collisionem movebuntur ambo juxta determinationem corporis quod antea velocius movebatur. sed cum solo excessu velocitatis unius corporis supra velocitatem alterius, ita ut ille excessus ex aequo duobus corporibus distribuatur.

Sint duo corpora A et B perfecte dura et ambo unius pedis, corpus A veniat a sinistra cum quinque gradibus motus et corpus B a dextra cum tribus gradibus motus, ita ut sibi invicem directe occurrant in puncto C post collisionem movebuntur ambo versus dextram singula cum uno gradu motus, quoniam illi duo gradus sunt excessus motus corporis A supra motum corporis B.

Probatur nam si corpus A motum fuisset cum tribus gradibus motus et directe occurrisset in puncto C corpori B, quod supponitur venire cum tribus gradibus motus, post collisionem ambo immota remansissent ex priori lege; cum igitur duo remaneant gradus motus in corpore A, quorum alter hic non potest effectus formalis praeter translationem, facta collisione corpora A et B debent transferri localiter secundum determinationem illorum graduum: atque ideo illi gradus in corpore A sunt versus dextram; ergo post collisionem corpus A et corpus B debent moveri versus dextram: jam vero illa duo corpora supponuntur ambo pedalia; ergo distributio motus hic debet aequalis, proindeque singula movebuntur versus dextram partem cum uno gradu motus; ergo &c.

3a Lex

Si duo corpora mole inaequalia et pari velocitate mota sibi invicem directe occurrant, post collisionem movebuntur ambo juxta determinationem corporis mole majoris, sed cum solo excessu motus corporis mole majoris supra motum corporis mole minoris, et excessus ille distribuetur habita ratione molis utriusque corporis.

Sint duo corpora A et B, corpus A sit bipedale et veniat a sinistra cum duodecim gradibus motus, corpus vero B sit pedale



et veniat a dextra cum sex gradibus motus; post collisionem ambo movebuntur versus dextram cum solo excessu motus corporis A mole majoris supra motum corporis B mole minoris, ita ut corpus A communicet duos gradus motus corpori B et quatuor sibi retineat.

Probatur nam si corpus A veniens a sinistra occurrisset cum sex gradibus motus corpori B venienti a dextra cum sex partibus gradibus motus, haec duo corpora manissent immota ex 1a lege, nulla enim hic ratio cur moveantur post collisionem in hac hypothesi, igitur quia post collisionem remanent adhuc in corpore A sex gradus motus, qui non sustinentur a corpore B, illi sex gradus debent habere pro effectu translationem localem versus dextram: ergo post collisionem corpora debent moveri versus dextram, corpus A ut pote bipedale cum quatuor et corpus B pedale cum duobus gradibus motus; ergo &c.

4a Lex

Si duo corpora mole et velocitate inaequalia sint, ita ut ubi hic excessus molis, ibi quoque sit excessus velocitatis, sibi invicem directe occurrant, post collisionem movebuntur versus eam partem quo tendebat corpus mole et velocitate majus, cum excessu motus corporis mole et velocitate majoris supra motum corporis mole et velocitate minoris, distributo illo motu habita ratione molis corporum.

Sint duo corpora A et B corpus a sit bipedale et veniat a sinistra cum novem gradibus motus corpus vero B pedale veniat a dextra cum tribus gradibus motus: post collisionem in puncto C duo illa corpora movebuntur versus dextram A cum quatuor B cum duobus gradibus motus.

Observa in corpore A ubi hic excessus molis, ibi hic quoque excessum velocitatis.

Probatur nam dum corpus A occurrit corpori B in collisione tres gradus motus corporis B sustinent tres gradus motus in corpore A. cum igitur remaneant in corpore A sex alii motus gradus, qui non sustinentur a corpore B, dari debet effectus formalis sex illorum graduum: atque nullus hic potest

aliis effectus formalis illorum graduum praeter translationem localem corporum A et B versus dextram, quo tendebat corpus A fortius. igitur post collisionem illa duo corpora debent moveri localiter versus dextram: corpus A duplum habet corporis B; hoc est sex gradibus motus qui residui sunt, nec sustinentur, corpus A debet sibi retinere quatuor, et communicare duos corporis B, ut post collisionem aequali velocitate moveantur; hoc est duo corpora mole et velocitate inaequalia &c.

La Lex sim

Si duo corpora mole et velocitate inaequalia, ita ut ubi habet defectus molis, ibi sit excessus velocitatis, sibi invicem directe occurrant; post collisionem movebuntur versus eam partem quo tendebat corpus fortius, cum solo excessu motus corporis fortioris supra motum corporis debilioris, distributo illo motu habita ratione molis corporum.

Sint duo corpora A et B corpus A pedale veniens a sinistra cum duodecim gradibus motus, corpus vero B bipedale cum sex gradibus motus collisione facta duo illa corpora movebuntur versus dextram corpus A cum duobus gradibus motus, corpus B cum quatuor.

Obs. in corpore A, ubi habet defectus molis, ibi habet excessum velocitatis.

Pro quando corpus A occurrit corpori B in collisione sex gradus motus corporis B sustinent sex gradus motus in corpore A. cum igitur corpus A duodecim habeat, sex in ipso remanent gradus motus ad translationem localem; hoc corpus A post collisionem debet transferre se cum corpus B versus dextram: alias potest autem transferre corpus B, nisi corpus B pari velocitate cum corpore A moveatur, proindeque ex sex gradibus motus qui residui sunt in corpore A, duo remanebunt in ipso pote pedali, et quatuor alii communicabuntur corpori B cum pote bipedali, et ambo movebuntur versus dextram; hoc est duo corpora &c.

De legibus motus pro Corporibus Perfecte Elasticis.

Corpora perfecte Elastica, ex dictis, sunt ea quae eadem vi qua compressa fuerunt, in pristinum statum sublata compressione restituuntur. tot sunt casus pro corpore perfecte Elastico, quando cum alio comparatur, quot fuerunt pro corpore perfecte duro. leges quae traditae sunt de corpore quiescente vel solitarie moto communes sunt corporibus duris et Elasticis. itaque agemus de legibus corporis Elastici moti duntaxat et cum alio comparati: porro vel comparatur cum alio quiescente etiam perfecte Elastico, vel cum alio moto 2um. ante omnia determinationem, aut secundum determinationem inimicam et directe oppositam

De legibus corporis Elastici incurrentis in aliud pariter elasticum et quiescens.

1a. Lex

Si corpus perfecte elasticum incurrat in aliud corpus etiam perfecte Elasticum quiescens et molis aequalis, post collisionem remanebit immotum, et corpus quod quiescebat movebitur cum quantitate motus aequali quantitati motus corporis incurrentis.

Sint duo corpora A et B corpus A pedale incurrat cum tribus gradibus motus in corpus B pedale quiescens, collisione facta corpus A manebit immotum et corpus B movebitur cum tribus gradibus motus.

Pro 1o. corpus A remanere debet immotum post collisionem; nam corpus quod viribus aequalibus pellitur secundum determinationem directe oppositam, debet remanere immotum. atq. corpus A in collisione premitur viribus aequalibus 2um. determinationem directe oppositam; siquidem corpus A in collisione debet de suo motu unum communicare gradum cum dimidio corpori B quiescenti et ejusdem molis, aliumque gradum cum dimidio sibi retinere,

in possit moveri eadem velocitate cum corpore B et juxta determina-
tionem eandem: atq corpus A non potuit unum corpori B commu-
nicare motus gradum cum dimidio, quin ipsum fuerit compressum
2um unum gradum cum dimidio; igitur cum supponatur perfecte
elasticum, debet in pristinum statum restitui per vim elasticam
2um unum motus gradum cum dimidio: porro ille gradus motus
cum dimidio habet determinationem directe oppositam priori
gradui cum dimidio: unde sequitur corpus A aequalibus hinc inde
pellentibus, et consequenter remanere debet in motum.

2.o Corpus B facta collisione debet moveri cum tribus grad-
ibus motus. nam per communicationem corpus B accepit unum grad-
um motus cum dimidio: atqui non potuit accipere unum gradum
motus cum dimidio quin compressum fuerit 2um eandem quan-
titatem; ergo per virtutem elasticam debet eadem vi restitui in
pristinum statum, id est recipere unum alium gradum
cum dimidio; proindeque in ipso tres erunt gradus motus: illi
autem gradus eandem habent determinationem versus dextram;
ergo collisione facta corpus B moveri debet cum tribus gradibus
motus, quantitate scilicet motus aequali quantitatis motus corp-
oris A, remanente minuto ipso corpore A; ergo si corpus perfecte
elasticum incurrat &c.

Observa hic diligenter quod quidem pertinet ad omnes
leges quas tradituri sumus, ne corporibus perfecte elasticis, mini-
rum corpora perfecte elastica tot accipere gradus motus per virtu-
tem elasticam, quot communicant in collisione, quia premuntur
2um eos gradus qui communicantur.

2.a Lex

Si corpus perfecte elasticum incurrat in aliud quiescens,
sed mole minus, post collisionem movebitur 2um priorem deter-
minationem, sed cum solo excessu motus qui in ipso residuus
est supra virtutem elasticam; et corpus quod antea quiescebat,
movebitur cum dupla quantitate motus accepti per collisi-
onem.

Sint duo corpora A et B
corpus A bipedale incurrat cum
novem gradibus motus in corpus
B pedale quiescens, facta collisione
corpus A movebitur cum tribus gradibus motus 2um priorem

determinationem, et corpus B quod prius quiescebat movebitur cum sex gradibus motus versus eandem partem.

Prob. Si corpus A bipedale impegisset cum novem gradibus motus in corpus B pedale quiescens, et illa duo corpora omni elaterio fuissent destituta, post collisionem corpus A ut pote bipedale retinuisset tres gradus motus, tres vero communicasset corpori B pedali et ambo mota fuissent aequali velocitate versus dextram, quamobrem cum illa collisione tres gradus communicari debuerint corpori B, corpus A et corpus B compressa sunt 2um tres gradus. Deinde cum corpus B sit elasticum et supponatur pressum 2um tres gradus, debet per vim elasticam tres alios accipere gradus: illi autem sex gradus habent determinationem versus dextram, ergo corpus B debet movere versus eam partem cum sex gradibus motus.

Pariter cum corpus A communicando tres gradus motus corpori B, compressum fuerit 2um tres illos gradus, debet per vim elasticam restitui secundum tres gradus contraria determinatione, idem, versus sinistram, proindeque ex sex gradibus quos sibi retinuerat, tres tantum remanebunt impendendi in translationem localem, et consequenter corpus A facta collisione movebitur versus dextram cum tribus gradibus motus, corpus vero B cum sex; ergo si corpus perfecte elasticum incurrat &c. 3a Lex

Si corpus perfecte elasticum incurrat in aliud quiescens a mole majus, post collisionem corpus incurrens reflectetur cum excessu motus accepti a virtute elastica supra motum sibi residuum; corpus vero quod antea quiescebat movebitur cum quantitate motus dupla illius quam accepit per collisionem.

Sint duo corpora A et B.

Corpus A pedale incurrat cum sex gradibus motus in corpus B bipedale a quiescens, facta collisione corpus B movebitur versus dextram cum octo gradibus motus, corpus vero A reflectetur cum duobus gradibus versus sinistram.

Probatur si corpus A pedale incurrisset cum lex gradibus motus in corpus B bipedale et quiescens, et aliunde illa duo corpora omni elaterio carruissent, corpus A in collisione communicaret corpori B bipedali quatuor gradus motus, duos vero sibi retinuisset igitur cum corpus A debuerit communicare corpori B quatuor gradus motus, illa duo corpora in collisione fuerunt compressa 2um quatuor gradus; ergo corpus B ut pote elasticum debet restitui per vim elasticam 2um quatuor gradus motus, qui simul cum quatuor aliis acceptis per collisionem tendunt versus dextram; ergo corpus B debet eo movere cum octo gradibus motus.

Pariter corpus A communicando corpori B quatuor gradus motus debuit comprimi 2um quatuor illos gradus; ergo debet per vim elasticam restitui 2um eamdem quantitatem. in eo remanserunt duo gradus motus versus dextram, proinde quod ex quatuor quos recepit per vim elasticam, duo remanebunt impendendi ad translationem localem versus sinistram; ergo corpus A facta collisione resiliet versus sinistram cum duobus gradibus motus, qui sunt excessus motus accepti a virtute elastica supra motum in ipso residuum. ergo si corpus perfecte elasticum directe incurrat in aliud quiescens &c.

De legibus motus in duobus corporibus perfecte elasticis et secundum eamdem determinationem motus.

1a Lex

Si duo corpora perfecte elastica aequali velocitate moveantur 2um determinationem eamdem, servabunt omnia nulla fiet collisio, nullaque mutatio. haec lex communis est cuilibet corpori, cujuslibet sit qualitatis, illius que veritas patet his quae dicta sunt ubi de corporibus perfecte duris.

2a Lex

Si duo corpora perfecte elastica 2um eamdem determinationem moveantur ex inaequali velocitate, ita ut antecedens progrediatur celerius, servabunt omnia, nulla fiet collisio nullaque mutatio patet etiam veritas illius legis quae communis est quibuslibet corporibus.

3a Lex

Si duo corpora perfecte elastica 2um eamdem determinationem et inaequali velocitate moveantur, ita ut sequens attingat antecedens fiet collisio et varia mutatio pro diversitate molis et ~~diversitatis~~

velocitatis corporum triplex hic casus.

1us casus

Si duo corpora A et B perfecte elastica inaequali velocitate et 2um eandem determinationem versus dextram ita moveantur, ut corpus A pedale cum octo gradibus et corpus B bipedale cum quatuor tantum gradibus motus progrediantur. Facta collisione corpus A manebit immotum, et corpus B cum duodecim gradibus movebitur versus dextram.



Probatur 1o quidem corpus B movebitur cum duodecim gradibus motus; nam quando corpus A pedale motum cum octo gradibus assequitur corpus B bipedale progrediens duntaxat cum quatuor, debet ipsi communicare quatuor alios gradus motus, ut ambo possint eadem velocitate moveri, proindeque corpus B cui jam inerant quatuor gradus versus dextram, tunc habebit octo 2um determinationem jelam; jam vero non potuit accipere quatuor jelos gradus quin compressum fuerit 2um jelam quantitatem; hoc debet per virtutem elasticam recipere quatuor alios gradus, qui sint etiam 2um eandem determinationem; ergo corpus B facta collisione movebitur versus dextram cum duodecim gradibus motus.

2o corpus A manebit immotum; nam non potuit communicare corpori B quatuor gradus motus, quin compressum fuerit 2um jelam quantitatem; hoc cum sit perfecte elasticum debet recipere quatuor alios gradus, jeli gradus sunt versus sinistram, proindeque habent determinationem oppositam determinationi quatuor graduum qui residui erant in corpore A, et consequenter corpus A pellitur aequalibus tum et inde viribus, hoc remanere debet immotum; hoc si duo corpora perfecte elastica A et B &c.

2us casus

Si duo corpora A et B perfecte elastica inaequali velocitate et 2um eandem determinationem v.g. versus dextram ita moveantur, ut corpus A bipedale cum septem, et corpus B pedale cum duobus tantum gradibus motus progrediantur, facta collisione

Corpus B movebitur cum quatuor gradibus motus versus dextram, et corpus A movebitur versus eandem partem cum quinque gradibus motus.

Pro 1.° Corpus B movebitur versus dextram cum quatuor gradibus motus. nam dum corpus A impingit in corpus B nulla habita ratione elaterii, debet unum illi communicare motus gradum, ut postea ambo possint aequali velocitate moveri. porro corpus B non potuit unum motus gradum accipere, quin compressum fuerit 2.um illam quantitatem; ergo debet per virtutem elasticam unum adhuc accipere motus gradum; ergo quatuor habebit. Sunt autem omnes 2.um eandem determinationem, id est versus dextram. ergo collisione facta corpus B pedale movebitur versus dextram cum quatuor gradibus motus

2.° Corpus A bipedale movebitur versus eandem partem cum quinque gradibus motus. nam corpus A unum communicando motus gradum corpori B fuit compressum 2.um illam quantitatem; ergo debet per virtutem elasticam unum recipere motus gradum quo repellatur versus sinistram proindeque remanebunt in ipso quinque duntaxat gradus motus quibus perget moveri versus dextram. ergo si duo corpora &c.

3.us Casus.

Si duo corpora perfecte elastica inaequali velocitate et 2.um eandem determinationem, v.g. versus dextram, ita moveantur, ut corpus A pedale cum quinque gradibus motus, et corpus B bipedale cum uno tantum gradu progrediantur,

facta collisione corpus B bipedale movebitur versus dextram cum septem gradibus, et corpus A resilier versus sinistram cum uno tantum motus gradus

Probatur 1.° Corpus B bipedale facta collisione movebitur cum septem gradibus motus versus dextram. nam corpus A pedale impingens cum quinque gradibus motus in corpus B

bipedale, debet ipsi communicare tres gradus motus, ut post collisionem moveantur pari velocitate: porro corpus B non potuit accipere tres gradus motus quin compressum fuerit in collisione 2um etiam quantitatem; ergo debet eadem virtute restitui et accipere per vim elasticam tres alios gradus, qui juncti cum tribus acceptis in collisione et uno quem habebat ante collisionem, efficiunt septem: jam vero sunt omnes versus dextram; ergo corpus B &c.

2.o Corpus A resilit versus sinistram cum uno tantum gradu, nam corpus A communicando tres gradus corpori B compressum fuit 2um eandem quantitatem; ergo debet eadem virtute restitui et proinde tres accipere gradus motus per vim elasticam, qui gradus erunt versus sinistram, in ipso post collisionem duo remanserunt versus dextram: ergo ex tribus acceptis per vim elasticam, duo sunt detrahendi, et consequenter remanebit unus quo corpus A resilit versus sinistram; ergo si duo corpora perfecte elastica aequali velocitate &c.

De legibus motus in corporibus perfecte elasticis sibi invicem directe occurrentibus.

1.a Lex

Si duo corpora perfecte elastica mole et velocitate aequalia sibi invicem directe occurrant, v. g. corpus A pedale veniens a sinistra cum tribus gradibus motus occurrat corpori B pedali et ad extra venienti cum tribus pariter gradibus motus, post collisionem ambo reflectentur versus easdem partes unde veneram cum eadem motus quantitate qua movebantur antea.

Prob. corp. A et corpus B ut pote mole et velocitate aequalia, dum sibi invicem directe occurrunt, se se viribus aequalibus premunt: nam se invicem premunt 2um omnes gradus

quos habent: atq supponuntur sibi invicem occurrere cum tribus gradibus motus: aliunde sunt perfecte elastica; ergo debent resilire cum tribus gradibus, ex dictis enim perfecta vis elastica postulatur corpora eadem virtute restituantur, qua compressa fuerunt; ergo si duo corpora perfecte elastica &c.

3a Lex

Si duo corpora perfecte elastica mole aequalia, sed inaequali velocitate mota, sibi invicem directe occurrant, v.g. si corpus A pedale veniens a sinistra occurrat cum sex gradibus motus corpori B pedali, venienti cum quatuor gradibus motus ad extra, facta collisione corpus B resiliet versus dextram cum sex gradibus motus, corpus vero A resiliet versus sinistram cum quatuor

Prob. 1o Corpus B resiliet versus dextram cum sex gradibus motus. nam in illa hypothesi juxta leges pontas de corporibus duris, si duo corpora carnissent elaterio, post collisionem ambo mota fuissent versus dextram, singula cum uno motus gradu; ergo in illa collisione haec duo corpora premuntur 2um quinque gradus, nempe 2um quatuor qui erant in corpore B et 2um unum qui debet communicari eidem corpori B a corpore A, proinde quae corpus B in pote perfecte elasticum debet restitui 2um quinque gradus versus dextram praeterea unum accepit gradum a corpore A ergo debet reflati et moveri versus dextram cum sex gradibus motus

2o Corpus A resiliet versus sinistram cum quatuor gradibus; cum enim impingendo in corpus B compressum fuerit 2um quinque gradus debet pariter restitui 2um eandem quantitatem; sed in ipso remanserat unus gradus versus dextram; ergo debet resilire versus sinistram cum quatuor duntaxat gradibus motus; ergo si duo corpora perfecte elastica &c.

3a Lex

Si duo corpora perfecte elastica mole inaequalia, sed aequali velocitate mota, sibi invicem directe occurrant, v.g. si corpus A bipedale veniens a sinistra cum duodecim gradibus motus

occurrat corpori B pedali
venienti ad extra cum sex
gradibus, facta collisione

reflectentur ambo, B versus dextram cum decem gradibus,
et A versus sinistram cum quatuor.

Pro 1.° corpus B repetet dextram cum decem gradibus; nam si
corpus A et corpus B omni elaterio fuissent destituta, post collisi
onem ambo mota fuissent versus dextram, B cum duobus gradibus
motus acceptis a corpore A et corpus A cum quatuor; ergo corpus
B in collisione pressum fuit cum octo gradus motus, nempe cum
sex quos habebat et duos quos debuit accipere a corpore A, proinde
que debet restitui cum octo gradus et cum duobus quos accepit
in collisione; ergo corpus B repetet dextram cum decem gradibus
motus.

2.° corpus A reflectetur cum quatuor versus sinistram unde
veneram nam ex octo gradibus motus cum quos reflecti deberet,
ut pote compressum sum, jam quantitatem in collisione,
detrahendi sum quatuor proiis quatuor qui in ipso residui
hant, ut progrederetur versus dextram; ergo resilire debet cum
quatuor gradibus versus sinistram unde veneram. unde si duo
corpora perfecta &c.

4.a Lex

Si duo corpora perfecte elastica mole et velocitate inequalia
sibi invicem directe occurrant, v.g. si corpus A pedale veniens
a sinistra cum tribus gradibus
motus occurrat corpori B bipedali



venienti ad extra cum duodecim
facta collisione corpus B remanebit immotum et corpus
A resiliet versus sinistram, cum novem gradibus motus.

Pro 1.° corpus B post collisionem remanere debet immotum.
nam si duo jam corpora elaterio carnissent, corpus B incurrens
in corpus A tres gradus motus ipsi communicasset et post collisio
nem ambo mota fuissent versus sinistram, corpus A cum tribus
et corpus B cum sex gradibus motus, ut constat ex 4.a lege de
corporibus duris; ergo cum corpus B sit elasticum, in collisione

Compensum fuit cum sex gradus versus dextrorsum, quos habebat corpus A per secundum ictum, opposito A communicone debet corpus B. igitur recedere ab eo corpus B retinetur per vim elasticam cum sex gradus versus dextrorsum, et deinde pro superum sex gradus quibus corpus B versus sinistrorsum, hoc huic recinde premittur aequalibus viribus, et cum corpore quinque motum emanare debet.

2° corpus A debet recedere versus sinistrorsum cum novem gradibus motus. nam cum recipiat ab eo corpus B non potuit corpus quinque cum sex gradus, quia corpus A pariter premebatur 2dum eandem quantitatem; ergo debet recedere retinetur recedere versus sinistrorsum cum sex gradibus motus: praeterea accepimus collisione a corpore B tres gradus versus eandem partem; hoc debet repelere sinistrorsum cum novem gradibus motus proinde quae est. Duo corpora perfecte elastica

Si duo corpora perfecte elastica

[illegible] corpus A

[illegible] corpus B

[illegible] corpus A

[illegible] corpus B

[illegible] corpus A

[illegible] corpus B

igitur deberet reflecti cum septem gradibus motus sed quia in ipso supersunt duo gradus motus quibus impellitur versus dextram, idcirco resilit tantum cum quinque gradibus motus; hoc si duo corpora perfecte elastica &c.

De legibus motus in duobus corporibus perfecte duris sibi invicem occurrentibus secundum determinationes disparate tantum oppositas

Unica Lex.

Si duo corpora perfecte dura sibi invicem occurrant sum determinationes disparate tantum oppositas, ita ut describant lineas angulum quemlibet constituentes, post collisionem ambo simul movebuntur per diagonalem parallelogrammi, cujus latera designent priores illorum corporum determinationes continuatas, et quae sint inter se sicut velocitates corporum ante collisionem.

Probatur 1.° quidem illa duo corpora post collisionem simul movebuntur, quia nulla ut ratio cur a se invicem separentur, quandoquidem in his nulla supponitur vis elastica. 2.° post collisionem describent diagonalem parallelogrammi cujus latera designent priores illorum corporum determinationes continuatas, et quae sint inter se sicut velocitates corporum ante collisionem; quia nimirum haec sola diagonalis est via media inter priores illas determinationes et ipsis satisfaciens, ut jam supra vidimus. 3.° latera parallelogrammi proportionalia sunt velocitatibus illorum corporum, quia designant spatia ab illis mobilibus 2.um priores determinationes percurrendo intra tempus idem, si nulla fuisset collisio. proindeque &c.

Hinc 1.° sic duo corpora viribus aequalibus sibi occurrant 2.um determinationes angulum rectum constituentes et sint

mole aequalia facta collisione simul movebuntur per diagonalem quadrati.

2°. Si duo corpora viribus inaequalibus sibi occurrant 2um determinationes angulum rectum constituentes post collisionem simul movebuntur per diagonalem rectanguli.

3°. Si duo corpora viribus aequalibus sibi occurrant 2um determinationes angulum acutum constituentes, collisione facta simul transferentur per diagonalem rhumbi ductam ab angulo acuto ad oppositum acutum.

4°. Si duo corpora viribus inaequalibus sibi occurrant 2um determinationes angulum acutum constituentes, collisione facta simul transferentur per diagonalem rhumboidis ductam ab uno angulo acuto ad oppositum acutum.

5°. Si duo corpora viribus aequalibus sibi occurrant 2um determinationes angulum obtusum constituentes collisione facta simul transferentur per diagonalem rhumbi ductam ab uno angulo obtuso ad oppositum obtusum.

6°. Si duo corpora viribus inaequalibus sibi occurrant 2um determinationes angulum obtusum constituentes, facta collisione simul transferentur per diagonalem rhumboidis ab uno angulo obtuso ad oppositum obtusum.

De legibus motus in duobus corporibus perfecte elasticis sibi occurrentibus secundum determinationes disparate tantum oppositas

Unica Lex

Si duo corpora perfecte elastica mole et velocitate aequalia sibi occurrant 2um determinationes disparate tantum oppositas, ita ut lineae per eorum centra ductae se sint et sin angulum quemlibet constituant, facta collisione suam permutabunt determinationes.

Probatur nam si corpora illa fuissent perfecte dura, pon

Collisionem translata fuissent per diagonalem, seu per lineam mediam inter ipsorum determinationes continuatas ut constat 4 lege precedenti pro corporibus perfecte duris. quoniam igitur unum quodque ex illis corporibus compressum fuit 2.um partem tantum sui motus restitui debet 2.um similem partem, pono si suas permutem determinationes, unum quodque restituitur 2.um partem similem ei 2.um quam fuit compressum, proindeque &c.

Hinc 1.o si corpus A in eadem hypothesi per lineam orisuntalem transferatur, et occurrat corpori B per lineam orisunti perpendicularem translato, collisione facta corpus A transferetur per perpendicularem, et corpus B per orisuntalem: hæc autem lineæ erunt latera quadrati, si vires fuerint æquales; si vero fuerint inæquales, illæ lineæ erunt latera rectanguli.

2.o Si determinationes illorum corporum constituant angulum acutum, et vires supponantur æquales, facta collisione describent latera constituentia angulum acutum rumbi, permutatis suis determinationibus. Quod si vires supponantur inæquales, post collisionem describent latera angulum acutum romboidis constituentia, suasque permutabunt determinationes.

3.o denique si determinationes illorum corporum constituant angulum obtusum, post collisionem describent latera angulum obtusum vel rumbi, vel rumboidis constituentia, prout vires erunt æquales aut inæquales, permutatis semper suis determinationibus.

Hæ sunt generales motus leges, quæ pertinent ad corpora vel perfecte dura, vel perfecte elastica.

Observa autem 1.o gradus motus, qui hinc eiusdem se se sustinent in corporum elasticorum collisionibus, non amplius in his corporibus permanere post collisionem, sed ipsos in instanti collisionis communicari fluido ambienti, sicut intelligetur 4 dicendis in physica particulari, ubi de virtute elastica.

observa 2.º motum sumptum pro impetu, nec augeri, nec minui, in supra dictis collisionum speciebus, vel enim impenditur ad translationem, vel unus impenditur ad alterum sustinendum, vel tandem communicatur ambienti fluido.

De legibus motus a Carthesio traditis.

quanquam Carthesius tradendo motus leges, supponit corpora perfecte dura et spectata nulla habita ratione fluidi ambientis, leges tamen tradidit a nostris longe diversas, septem numero proposuit circa collisionem corporum 2.ª parte principiorum numero 45 et sequentibus. illas breviter hic perstringemus.

1.ª Lex Carthesii

Si duo corpora puta B et C essent plane aequalia et eque velociter moverentur, B quidem a dextra versus sinistram et C illi in directum a sinistra versus dextram occurreret, post occursum reflecterentur et postea pergerent moveri, B versus dextram et C versus sinistram, nulla parte suae celeritatis amissa.

falsa est illa lex. nam falsa est illa lex si pro collisionem illa duo corpora reflecti non debent. atq. resilire se habet. ubi enim nulla est causa reflectionis, ibi corpora resilire non debent; atq. corpora B et C qualia supponuntur a Carthesio, nullam habent causam reflectionis: ad hoc satis est quod in illa collisione nulla sit causa quae possit mutare corporum illorum determinationes. atq. resilire se habet, si qua enim hic causa quae mutaret determinationem v.g. corporis B, maxime corpus C: atq. corpus C non potest mutare determinationem corporis B; nam ad hoc deberet hic fortius corpore B: atq. fortius non est, si quidem illa duo corpora supponuntur mole et velocitate perfecte aequalia: ergo &c.

Et certe, ut dictum est de corporibus perfecte duris, illa corpora non debent reflecti, sed immota remanere, quae aequalibus hinc et inde premuntur viribus: atq. corpora B et C sic se habent, ergo &c.

Denique debet dari discrimen inter corpora perfecte dura et perfecte elastica: atq. si vera sit lex Carthesii, nullum inter corpora dura et elastica remanebit discrimen, si quidem utraque reflectionis causam habebunt.

2.a Lex

Si B esset tantillo majus quam C, caeteris positis ut prius, tunc solum C reflecteretur, et utrumque eadem celeritate versus sinistram moveretur.

Falsa est illa lex. nam in mente Carthesii post collisionem illa duo corpora movebuntur versus sinistram eadem velocitate, quae sit composita ex velocitatibus quae inerant corporibus B et C ante collisionem: atq. id falsum est, modo collisione facta corpora B et C moveri debeant versus sinistram cum solo excessu velocitatis corporis mole majoris, minimum B, supra velocitatem corporis mole minoris nempe C. atq. resita se habet; nam quidquid motus est in corpore B praeter illum excessum insumitur ad sustinendam aequalem motus quantitatem, quae est in corpore C, ut probatum fuit in 2.a lege de corporibus perfecte duris sibi invicem directe occurrentibus.

3.a Lex

Si mole essent aequalia, sed B tantillo celerius moveretur quam C, non tantum ambo pergerent moveri versus sinistram, sed etiam transferretur ex B in C media pars celeritatis, qua hoc ab illo excederetur, hoc est, si sint prius sex gradus celeritatis in B et quatuor tantum in C, post mutuum occursum unum quodque tenderet versus sinistram cum quinque gradibus celeritatis.

Falsa est illa lex nam falsa est ex ista si duo corpora B et C post collisionem debeant moveri versus sinistram unum quodque cum uno duntaxat gradus motus: atq. resita se habet ut patet ex quinta lege de corporibus duris. ex illis sex gradibus motus qui sunt in corpore B versus sinistram quatuor insumuntur ad sustinendos illos quatuor qui sunt in corpore C versus dextram,

proindeque duo tantum remanent gradus in corpore B insumendi ad translationem localem quorum unus communicatur corpori C et consequenter corpora movebuntur ambo versus sinistram, unum quodque cum uno tantum motus gradu; ergo falsa est haec tertia lex.

4.a Lex

Si corpus C plane quiesceret, hisce quae paulo majus quam B, quacumque cum celeritate moveretur versus C, nunquam ipsum C moveret, sed ab eo impelleretur in contrariam partem, quia corpus quiescens magis resistit magnae celeritati quam parvae, idque pro ratione excessus unius supra alterum. et idcirco major hic vis semper in C ad resistendum, quam in B ad impellendum.

Falsa est illa lex nam falsa est lex illa si nitatur principiis falsis et consiliari non possit cum definitione motus a Cartherio tradita: atqui resistere habet 1.o nititur principiis falsis, nam supponit corpus quiescens habere vim ad resistendum et magis resistere magnae velocitati quam parvae: atq hoc est falsum; patet enim ex supradictis corpus quiescens de sua quiete posse deturbari motu vel minimo, nec ratione sui magis resistere magnae velocitati quam parvae. 2.o lex illa stare non potest cum definitione motus a Cartherio tradita. nam lex illa supponit corpus C remanere immotum, dum corpus B ab ipso recedit eadem celeritate qua in ipsum impegerat. atq corpus C dici non potest immotum dum ab eo recedit corpus B, posita definitione motus a Cartherio tradita; cum enim juxta definitionem illam translatio sit reciproca, non potest corpus B recedere a corpore C, quin corpus C sensatur quoque recedere a corpore B, atque adeo dici non potest immotum: idque eo certius est quod illa duo corpora spectentur a Cartherio nulla habita ratione corporum contingentium; ergo falsa est 4.a haec lex.

5.a Lex

Si corpus quiescens esset minus quam B, tunc quantum vis tardè B versus C moveretur, secum illud moveret, partem scilicet sui motus et totalem transferendo, ut ambo postea aeque celeriter moverentur, nempe si B esset duplo majus quam C, transferret ipsi 3.am partem sui motus, quia una illa 3.a pars tam celeriter moveret corpus C quam duae aliae residuae corpus B duplo majus, et ita postquam B ipsi occurrisset, una 3.a parte tardius moveretur quam prius, hoc sit tantundem temporis requireretur, ut moveretur per spatium duorum pedum, quam prius, ut moveretur per spatium trium pedum, eodem modo si B esset triplo majus quam C transferret ipsi 4.am partem sui motus et sic de caeteris.

Falsa en illa Lex. nam in principiis Cartherianorum, in puta ex lege 4.a, corpus quiescens habet vim ad resistendum: atque ibi nullus assignatur effectus hujusmodi resistentiae, et corpus B tantundem sui motus transfert corpori C, quantum transferret si corpus C minime resisteret, sic quae Lex illa contradicit principiis Cartherii.

Observa tamen illam legem esse veram, si spectetur independenter a principiis Cartherii. quo incidit enim cum illa lege quam dedimus de corpore duro perfecte, incurrente in aliud perfecte durum et quiescens.

6.a Lex

Si corpus C quiescens esset accuratissime aequale corpori B versus illud moto, partim ab ipso impelleretur et partim ipsum in contrariam partem impelleret, nempe si B veniret versus C cum quatuor gradibus celeritatis, communicaret ipsi C unum gradum et cum tribus residuis reflecteretur versus partem adversam.

Falsa hic illa Lex 1.o si nulla sit ratio cur corpus B incurrens in corpus C quiescens, et sibi omnino aequale, unicum duntaxat gradum ipsi communicet, et cur facta collisione resiliat: atque nulla hic ejusmodi ratio; 2.o corpus C non debet deturbari de sua quiete si corpus quiescens resistat motui, et corpus C quiescens sit aequale corpori B incurrenti: atque prius hic principium Cartesii et

posterius supponitur 3.° denique unus duntaxat non debet communicari gradus motus corpori C, si tantum debeat esse motus in corpore C, quantum in corpore B: atque res ita se habet apud Carthesium, siquidem ex ipso translatio sit reciproca, ergo &c.

7.a Lex

Si B et C versus eandem partem moverentur, C quidem tardius, B autem insequens celerius, ita ut ipsum tandem attingeret, sicque C majus quam B, sed excessus celeritatis in B sit major quam excessus magnitudinis in C, tum B transferret tantum de suo motu in se, ut ambo postea eque celeriter et in eandem partem moverentur. Si autem e contra excessus celeritatis in B minor sit, quam excessus magnitudinis in C, B in contrariam partem reflecteretur et motum omnem suum retineret: atque si excessus ita computantur, si C esset duplo majus quam B, et B non moveretur duplo celerius quam C, ipsum non pelleret, sed in contrariam partem reflecteretur; si vero majus quam duplo celerius moveretur, ipsum pelleret, nempe si C haberet tantum duos gradus celeritatis et B quinque, deberentur duo gradus ex B, qui translati in C unum tantum gradum efficerent, quia C est duplo majus quam B, quo fieret ut duo corpora B et C cum tribus gradibus celeritatis postea moverentur, et ita de ceteris sit judicandum; nec ista, inquit Carthesius, eorum probatione, quia per se sunt manifesta.

Falsa sit illa lex. nam lex illa duas habet partes: atqui 2.um utrumque falsa est. 1.° falsa sit 2.um iam partem in principiis Carthesii. ad hoc enim satis sit, si quando excessus celeritatis in B mole minori sit major quam excessus magnitudinis in C mole majori, C mole majus se habeat respectu excessus celeritatis corporis B perinde ac si C quiesceret et nunquam posset deturbari e sua quiete a corpore B mole minore quantacumque celeritatis in ipsum incurreret: atque hoc utrumque verum sit 1.° quidem in illa hipothesi corpus C se habet respectu excessus celeritatis in corpore B, perinde ac si quiesceret omnino, quia sub illo respectu nihil habet praeter absentiam celeritatis excedentis; 2.° si corpus C se habeat ut quiescens, nunquam

poterit deturbari de sua quiete a corpore B, quia juxta 4am regulam Cartherii corpus mole minus incurrens in corpus mole majus et quiescens, quantacumque celeritate moveatur, nunquam ipsum L sua quiete deturbabit, quoniam corpus quiescens magis resistet magnae celeritati quam parvae, ergo 1a pars illius legis falsa est in principiis Cartherii

2a pars est etiam falsa: si enim se habet, si autem L contra excessus celeritatis in B minor esset, quam excessus magnitudinis in C, B in contrariam partem reflecteretur, et motum omnem suum retineret: atque id aperte falsum est in se et absolute: corpus enim B non debet suam mutare determinationem et reflecti, quando nulla est causa mutatae determinationis et reflectionis: atque in presenti casu nulla est ejusmodi causa: si qua enim esset maxime corpus C: atque nihil est in corpore C, quod possit mutare determinationem corporis B: nihil enim est in corpore C preter illius molem et motum: atque neque moles, neque motus corporis C possunt mutare determinationem corporis B, et efficere ut reflectatur; non quidem ipsa moles, cum enim sit quid inerte et otiosum nullo pacto resistere potest priori determinationi corporis B illamque mutare 2o non motus qui est in corpore C. nam motus quorum determinationes sunt amicae, id est versus eandem partem sibi invicem non obstant: atque motus corporum B et C supponuntur tendere versus eandem partem; ergo &c.

Observa 1a pars illius legis, quam diximus esse falsam in principiis Cartherii, vera est in se absolute, eadem enim est ac 1um exemplum legis 3a quam tradidimus de corporibus perfecte duris.

De Successione Motus.

Circa motus successionem duae moventur quaestiones.

1a utrum motus localis ita sit successivus, ut nullis interrumpatur morulis.

Scilicet volum non nulli motum localem ita fieri in mobile in singulis spatii partibus quiescere aliquandiu.

2a. quaestio est utrum motus, seu translatio localis ita sit successiva, ut in instanti fieri non possit: quibus quaestionibus ut fiat satis, sit conclusio 1a.

Translatio localis nullis interrumpitur morulis.

Probatur nam si translatio localis aliquibus interrumperetur morulis, mobile deberet identidem quiescere: atq. dum mobile transfertur de loco in locum, non quiescit in sua translatione: de quolibet enim mobili idem sit judicium ac de globo qui emittitur e tormento bellico: atq. globus ille non quiescit identidem in sua translatione; nam si quiesceret, assignanda foret causa a qua postea moveretur; corpus enim quiescens in aeternum quiescit, nisi ab aliqua causa extrinseca ad motum excitetur, ut patet ex legibus de corpore quiescente: atq. nulla potest dari causa a qua globus e tormento bellico emissus et quiescens in sua translatione, iterum moveatur; ergo &c.

Dices tam mobilium translatio dici potest morulis interrupta, quam extensio corporea vacuolis interrumpitur: atq. ex nobis extentio corporea vacuolis interrumpitur; ergo &c.

Nego majorem paritatem: ratio disparitatis est quia datur causa procurans interruptionem partium extentionis corpore scilicet motus perturbatus molecularum materiae; at vero nulla est causa interruptionis in translatione locali mobilium, immo datur causa interruptionem hanc jugiter impediens minimum impetus mobilibus applicatus. si igitur translatio quorundam mobilium deprehendatur morulis interrupta, id fit per accidens et oriri debet ab extrinseca causa: quo in casu debet assignari causa jugiter restituens motum interruptum, sicut contingit in acu orologii cujus motus interrumpitur quibusdam morulis, sed perpetuo restituitur ac ponderem ab elaterio.

Conclusio 2a

Translatio localis sit essentialiter successiva.

Pro. nam illud sit essentialiter successivum quod dicit essentialiter preteritum presens et futurum: atq. translatio localis qua corpus intelligitur ab uno loco ad alium transire per intergectum spatium, essentialiter dicit preteritum presens et futurum. quod enim est essentialiter divisibile in plures partes positive distinctas quarum una est tempore prior altera tempore posterior, illud dicit essentialiter preteritum presens et futurum: atq. translatio localis sit essentialiter divisibilis in plures partes positive distinctas, quarum una sit tempore prior, et altera tempore posterior. nam si una pars hujusce translationis non esset tempore posterior altera, corpus transiens posset esse simul et eodem tempore presens toti spatio per quod transit: atq. id absurdum est, alioquin corpus foret majus se ipso, nam simul et eodem tempore responderet spatio majori se ipso. hoc &c.

Et certe si translatio localis non foret successiva et fieret in instanti, mobile deberet esse simul in termino a quo et in termino ad quem: atq. id absurdum est; hoc &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1o. vacuum philosophicum sit possibile: atq. in vacuo philosophico translatio localis fit sine successione; hoc &c.

Negamus. ibi enim translatio localis non fit sine successione, ubi mobile ita transfertur, ut plures spatii partes ab ipso percurrantur aliae post alias: atq. si corpus moveretur in vacuo philosophico multae spatii partes ab ipso necessario percurrerentur aliae post alias, cum enim partes spatii sint extra se invicem necessario positae, non possunt percurri nisi aliae post alias.

Ins. illae partes non debent percurri aliae post alias, modo mobile possit esse in termino a quo; in termino ad quem

et in toto intergecto medio: atque resita se habet; ergo &c.
Dis maj. illae partes non debent aliae pon aliis percurri, modo
mobile possit esse in termino a quo in termino ad quem et in
toto interjecto medio sine sui reproductione con. maj. Cum enim
reproductione nego maj. atque &c. disparitas minor nego consequ.
Itaque docent Theologi corpus posse simul esse et
eodem tempore per sui reproductionem, in termino a quo
in termino ad quem et in toto intergecto spatio, id quod probant
exemplo Corporis Christi sed contendimus fieri non posse ut
corpus per motum localem sit presens simul termino a quo
termino ad quem et toto interjecto spatio, necesse enim sit
ut prius deseran terminum a quo, deinde transeat per spati
um intergectum denique venian ad terminum ad quem.
Obj. 2.° translatio luminis a corpore lucido ad nostros usque
oculos est translatio mobilis de loco in locum: atque illa translatio
fit sine successione et in instanti; ergo &c.
Nego minorem illa enim translatio non fit sine successione
et in instanti, si ad propagationem luminis, id est ut lumen
a corpore lucido v. g. sole, usque ad oculos nostros pervenian,
requiratur certum aliquod et determinatum temporis inter
vallum: atque resita sit, ut probabitur in physica particulari,
quando agetur de lumine

Quotuplex sit motus

Motus quadruplex distinguitur a peripateticis, minorum
ad substantiam, ad quantitatem ad qualitatem et ad ubi,
de quibus supra egimus, atque probavimus unicum esse
motum, scilicet ad ubi, seu motum localem
quamvis autem unicus sit motus, nihilominus habita
ratione variorum ejus respectuum, diversimode distribui
solet a pphis; 1.° in rectum, circularem, ellipticum, parabo
licum &c. pro variis nempe lineis quas mobile describit;
2.° in pulsionem, tractionem, vexionem et volutationem;

Verum traxio, vexio et volutatio sunt in rei veritate totidem pulsiones; nam v. g. si trahatur rheda, vehatur onus, et pundus volutetur, pars aliqua corporis si pellitur, ut partes pulsae caeterae sint annexae, sicut attendenti patebit.

3.° Motus distribuitur in uniformem et diformem in unicum et multiplicem; 4.° denique in directum reflexum et refractum.

Motus dicitur uniformis quando mobile intra partes temporis aequales aequalia percurrit spatia, ut sic per singulas auras percurrat singulas leucas.

Motus dicitur diformis quando mobile intra partes temporis aequales inaequalia percurrit spatia, v. g. si singulis minutis primis, aut spatia majora et majora aut minora et minora decurrat. Hinc motus diformis vel acceleratur, vel retardatur.

Circa uniformitatem et diformitatem motus multa hic inquiruntur a pphis; 1.° an projecta moveantur uniformi, an diformi motu; et ex hypothesi quod moveantur motu diformi, sicut per experientiam compertum est, quaenam sit hujus diformitatis causa et quaenam servetur proportio; 2.° quaenam sit causa accelerationis gravium decidentium; 3.° quanam proportione fiat gravium decidentium acceleratio; 4.° an gravia intercadendum motus suos in aeternum essent acceleratura, an vero tandem redigenda forent ad uniformitatem motus.

Verum quoniam harum quaestionum solutiones pendent a cognitione causae gravitatis corporum, ideo commodius solvemus eas in physica particulari, postquam delecta fuerit genuina causa gravitatis universim.

Mobile dicitur habere unitatem motus, quando unicus impetus ipsi fuit applicatus 2.um unicam determinationem, ut si quatuor gradus motus applicentur mobili, ut per lineam rectam feratur in hortum.

Mobile dicitur habere multiplicitatem motus, quando multi

simul impetus ipsi fuerunt applicati 2um determinationes disparate
oppositas, ut si mobile per lineam ori sunt talem simul et per hunc
perpendicularem vel sursum vel deorsum pellatur. tunc motus
resolvi dicitur, quando assignantur determinationes 2um quas
idem mobile fuit pulsum.

Circa multiplicitatem motus multa hic inquiri solent.

Quaeritur 1o an corpus idem multiplici motu transferri
possit.

Respondeo corpus idem multiplici motu transferri non
posse eo sensu, quod diversas lineas simul describat; sed ipsum
multiplici motu posse moveri eo sensu, quod eamdem describ
endo lineam pellatur 2um determinationes disparate oppositas.
Experientia quippe constat diagonalem percurri a corpore 2um
latera parallelogrammi a duobus causis pulso

Q. 2o quomodo determinanda sit linea recta quam descrip
turum sit mobile a multis causis 2um determinationes
disparate oppositas pulsum uni formiter.

Res. lineam illam sic esse determinandam, 1o si a duabus
tantum causis pellatur 2um determinationes disparate oppo
sitas, tunc ducantur lineae quae sint determinationes continuatae
causarum impellentium et hae lineae spectentur ut duo latera
parallelogrammi, quae sint inter se ut impetus a causis
communicati. tunc absoluto parallelogrammo dicatur
diagonalis a puncto concursus impetuum ad angulum directe
oppositum; dico diagonalem hanc esse lineam quaesitam,
sicut constat ex dictis de collisionibus corporum.

2o Si mobile pellatur a tribus causis 2um determinationes
disparate oppositas inventa linea quam percurrisset
mobile si a duabus tantum causis fuisset pulsum lineam
hanc spectabis ut determinationem unius tantum causae
pellentis: unde inquirenda erit alia diagonalis, alia diago
nalis, quae sit media inter illam determinationem et 3ae
causae determinationem juxta conditiones superius perscriptas

3o Si a quatuor causis mobile pellatur, inventa linea

quam describeret si a tribus tantum pelleretur ipsam consi
derabis ut unicam determinationem unde inter ipsam et
determinationem 4ae causae describens aliam diagonalem.
eodem modo procedendum est si plures aliae causae simul impel
lant idem mobile.
R. 3.o quamnam lineam descripturum sit mobile si pellatur
a multis causis 2um determinationes disparate oppositas; sed ita
ut omnes illae causae difformiter agant, vel quaedam difformi
ter et aliae uniformiter.
Res. lineas a mobili tunc describendas totidem esse curvas.
natura autem et proprietates ejusmodi curvarum difficilioris
et abstrusioris sunt disquisitionis, quam ut resolvi possint in
cursu philosophico; quarumdam tamen naturam expende
mus in physica particulari.
Quod spectat ad distributionem motus in directum reflexum
et refractum,
Motus directus vocatur ille, quo mobile transfertur 2um, eam
suam determinationem, talis sit motus luminis a corpore lucido
versus nostros oculos vibrati.
Motus dicitur reflexus quando mobile transfertur 2um deter
minationem quam occursu corporum obviorum de novo recipit,
talis sit motus luminis solaris a planetis, v.g. a luna, versus
oculos nostros remissi.
Motus dicitur refractus quando mobile permeans oblique
ex uno medio in aliud etero geneum, v.g. si aere in aquam,
polulum in hoc 2.o medio declinat ab ea determinatione,
quam obtinebat in priore medio. de triplici hoc motu dicemus
in physica particulari.
Circa has motus distributiones multa solent hic inquiri;
1um quaenam sit causa reflectionis mobilium; 2um quaenam
sit causa refractionis corporum; 3um, utrum mobilia in
reflectionibus et refractionibus aliquid amittant de suo motu.
4um, utrum corpus, quod occursu corporum obviorum reflectitur,

aliquantulum quiescat in puncto reflectionis.

Tres priores quaestiones solventur in physica particulari: sic autem solvimus postremam. Conclusio.

Nulla datur quies proprie dicta in puncto reflectionis.

Probatur nam si daretur quies proprie dicta in illo puncto, deberet assignari causa occasionalis motus destructi, et motus postea restituti: atq nulla potest assignari ejusmodi causa. haec enim esset vel ipsum corpus impingens, vel ejus impetus, vel ejus determinatio, vel denique corpus obvium repellens: atq nullum horum dici potest; non ipsum corpus impingens, nam corpus ut corpus est passive indifferens ad motum et quietem: non impetus, nam nullus est effectus cujusvis impetus praeter translationem mobilium, aut sustentationem alterius impetus; non determinatio mobilis, nam cum sit effectus ipsius impetus, causam suam nec destruere, nec producere potest; non denique corpus obvium repellens; nam hoc corpus obsistere quidem potest determinationi corporis impingentis, sed hujus impetum nec destruere, nec producere potest, proindeque &c.

Solvuntur objectiones

Objicies primo tam datur quies in puncto reflectionis, quam inter assensum et dessensum lapidis sursum projecti: atq hoc in casu datur quies; ubi namque vires aequales applicantur eidem mobili 2um determinationes directe oppositas, debet hujusmodi mobile quiescere: atq inter assensum et dessensum lapidis sursum projecti vires aequales applicantur eidem mobili 2um determinationes directe oppositas, virtus enim qua sursum projicitur fit tandem aequalis virtuti qua deorsum pellitur, alioqui nunquam ad terram relaberetur, ergo &c.

Ego min. ad cujus probationem dis. maj. mobile quiescere debet quando vires aequales illi applicantur 2um determinationes directe oppositas, si vires aequales sint in hac aequalitate permanentes, transeat major, si sint in hac

aequalitate minime permanentes nego maj. atq. distincta pariter mi. nego consiam.

Vis itaque applicata mobili ut sursum feratur potatim imminuitur ex eo quod successive communicetur fluido dividendo, adeoque fiat tandem aequalis virtuti qua deorsum jugiter impellitur; sed contendo vires illas in hac aequalitate permanere non posse, quo enim momento virtus sursum pellens desinit prevalere impulsui deorsum, hic incipit ipsi prevalere, quia causa gravitatis novos et novos gradus jugiter communicat gravibus, ut clarius intelligetur ex dicendis de gravitate.

Dixi autem transeat, quia quamvis lapis in praedicta hipotesi maneret immotus, non ideo proprie quiesceret sed esset in nisu.

Obj. 2.° dum pila impingit in parietem partes ejus anteriores, seu quae parietem primum attingunt, quiescere debent dum posteriores accedunt; ergo in puncto reflectionis datur quies aliquarum saltem mobilis partium.

Sed antecedens nam partes quae vel per motum directum comprimuntur vel per vim elasticam restituuntur, non quiescunt; atq. partes anteriores pilae vel per motum directum comprimuntur, dum nempe complanatur pila, vel per vim elasticam restituuntur, unde partes illae anteriores semper sunt in nisu.

De duratione corporum.

Diximus in metaphysica triplicem esse durationis speciem nempe aeternitatem aevum et tempus. aeternitas est duratio quae nullum initium habuit nec finem est habitura talis est duratio Dei. aevum est duratio quae initium habuit sed nullum finem est habitura, talis est duratio animae rationalis. tempus est duratio quae initium habuit et finem habebit, talis est duratio mundi quia mundus initium habuit et finem habiturus est.

Certum est corpora durare seu perseverare in suo esse, per sensum enim intimum conscii sumus sensationes sensationumque relationes in nobis durare quod contingere non posset, nisi corpora durarent, ut constat ex dictis de existentia corporum universim; sed illorum duratio non potest revocari neque ad aeternitatem, neque ad aevum, restat ergo ut revocetur ad tempus. enim vero duratio corporum initium habuit et quotidie variis corruptionibus et mutationibus habet finem.

Tempus definitur ab Aristotele mensura motus 2um prius et posterius; verum illa definitio vitiosa est, 1° quia haec mensura motus ad summum est proprietas temporis, non illius essentia. 2° quia licet nullus daretur motus in corporibus, attamen tempus existeret; non enim minus durant corpora et in esse suo perseverant quando quiescunt, quam cum moventur. 3° denique quia motus est potius mensura temporis, quam tempus sit mensura motus, v. g. motus solis saltem apparens est mensura diei et anni.

Tempus ab aliis definitur series momentorum quae sibi invicem succedunt: illam autem seriem et successionem momentorum negant hic positivam, sed perperam. nam quod concipitur et definitur, illud debet esse quid positivum: atque tempus concipitur et definitur, illius idea inest omnibus, doctis simul et indoctis; ergo &c.

Itaque esto quod tempus sit series seu successio momentorum, sed illa successio debet dici positiva; quamquam satius est retinere temporis definitionem superius allatam, qua tempus definitur duratio habens initium et finem.

Quaeritur ex quibus partibus constet tempus.

Quidam volunt tempus constare ex instantibus et momentis minime successivis, et est sententia zenonistarum; ut enim contendunt magnitudinem constare ex iis quae sunt inextensa, ita asserunt tempus componi ex iis quae sunt minime successiva, sed errant zenonistae: sicut enim probatum est magnitudinem non posse constare ex iis quae excludunt extensionem,

ita facile hoc ostendere tempus, quod hic successivum, non posse constare ex iis quae excludunt successionem quare sit in forma.

Conclusio

Tempus non constat ex iis durationis partibus, quae non sunt successivae.

Probatur nam tempus constare debet ex iis durationis partibus quae sibi additae constituant praesens praeteritum et futurum: atque partes durationis minime successivae non possunt sibi invicem additae constituere praesens praeteritum et futurum; nam partes quae debent esse totae intra se invicem et quarum una non potest poni extra aliam constituere nequeunt praesens, praeteritum et futurum: atque partes durationis minime successivae debent esse totae intra se invicem et una non potest poni extra aliam; ergo &c.

itaque sicut in quavis magnitudine finita sunt infinitae numero partes extensae minores et minores in infinitum, ita in quavis duratione finita minimum tempore sunt partes durationis minores et minores in infinitum.

Solvuntur objectiones

Obj. datur instans: atque instans non est successivum; ergo &c.

Ergo minorem si quidem instans se habet ad durationem, sicut punctum ad magnitudinem: atque punctum hic revera extensum, quamvis spectetur nulla habita ratione extensionis; ergo a pari instans est revera successivum, licet consideretur nulla habita ratione ejus successionis.

Ins. instans hic ipsum praesens: atque praesens non hic successivum; ergo &c.

Dis. minorem praesens non hic successivum formaliter, concedo. intitative nego minorem.

itaque ipsum praesens, formaliter et praesens, non hic successivum, quia ratio praesentis non hic ratio praeteriti et futuri, sicut ratio longitudinis non hic ratio latitudinis et profunditatis; at vero ipsum praesens intitative spectatum, id hic, quatenus est pars durationis, est successivum: quia non potest dari pars durationis quae sit sine successione, sicut non potest dari punctum quod sit sine longitudine latitudine et profunditate.

Hinc sequitur rationem praeteriti, rationem praesentis et rationem futuri hic dimentiones durationis, sicut longitudo latitudo

et profunditas sunt dimensiones magnitudinis jam vero licet, et hae dimensiones sint formaliter positive diversae, attamen sunt ad invicem inseparabiles, ergo a pari licet rationes presentis, preteriti et futuri sint positive formaliter diversae, sunt etiam inseparabiles. Ins presens non est intitative successivum, si preteritum et futurum non possunt esse cum presenti: atq. resita se habet; ergo &c.

Dis maj. si preteritum et futurum non possunt esse cum presenti fluendo con maj. permanendo nego maj: atq. &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

itaque preteritum et futurum non possunt esse cum presenti permanendo, sed cum ipsorum fluendo; nam sunt in perpetuo fluxu unde presens est medium preteriti et futuri: porro quamvis medium non considerentur sub ratione divisibilis, attamen in rei veritate divisibile.

Quaeritur utrum creatio substantiae facta fuerit intra momentum durationis successivum.

Res. creationem substantiarum factam fuisse intra momentum successivum, nam repugnat pars durationis successione carens; sed momentum jelud esse indeterminatae magnitudinis, ut patet ex eo quod assignato quovis momento determinato, possit aliud assignari brevius intra quod absolvi potuit creatio: tunc Angelus dici potest creatus 1.o mundi anno, primo mense, 1.a die, hora prima &c.

quotuplex sit corpus naturale.

Hanc quaestionem solvimus ubi diximus materiam esse unius et ejusdem speciei in omnibus corporibus naturalibus, contra ac sensum non multi philosophorum qui volunt corpora caelestia specie differre a corporibus sublunaribus quae opinio falsa est: nam ea tantum specie propria dicta differunt, quae in se invicem converti non possunt, v.g. substantia differt a modificatione, spiritus a corpore, quia neque substantia in modificationem neque corpus in spiritum converti possunt: porro corpora ratione materiae possunt in se invicem converti

et revera multa convertuntur in alia hinc ex parte fit quilus ex quilo sanguis et ex sanguine caro; ergo &c.

Deinde illa non differunt specie quae non habent gradus essentiales per quos differant inter se duo corpora atque corpora naturalia ita se habent; nihil enim potest afferri per quod differant praeter partium dispositionem situm figuram et aestatum quapropter corpora naturalia in particulari possunt duntaxat describi non vero definiri, quia carent differentia essentiali hinc difficiles sunt admodum illorum corporum notiones.

Dices corruptibile et incorruptibile specie differunt atque corpora terrestria sunt corruptibilia, corpora vero caelestia sunt incorruptibilia, ergo &c.

Nego min. eatenus enim tantum corpora caelestia possunt dici incorruptibilia, quatenus a nulla causa creata possunt destrui et annihilari: atque pariter corpora terrestria saltem ratione materiae a nulla causa creata destrui possunt; cum enim sint substantiae a deo solo annihilari possunt a quo fuerunt creata. 2º Si corpora terrestria sunt corruptibilia eodem modo corpora caelestia dici debent corruptioni obnoxia: eatenus enim corpora terrestria possunt corrumpi quatenus constat ex pluribus partibus substantialibus quae a se invicem separari possunt; ergo &c.

Ins multae fiunt generationes, corruptiones, alterationes in corporibus terrestribus: atque nihil tale deprehenditur in corporibus caelestibus; ergo &c.

Nego minorem constabit enim ex physica particulari in corporibus etiam caelestibus multas fieri mutationes generationes, corruptiones: sic cometae concrescunt et dissolvuntur; in disco solis plurimae generantur maculae; ergo &c.

Finitæ Thisicæ Generalitæ.

220 (mlt)

Paris chez Vallet Graueur du Roy rüe S.t Iacques au Buste de Loüis XIIII.

Ethica seu moralis
Tertia Philosophiæ Pars

Huc usque logicam et metaphisicam exposuimus quanta potuimus perspicuitate et diligentia nunc ut voluntati salutaribus præceptis inflectendæ præsto simus, ethicam seu scientiam morum aggredimur.

Hæc disciplina in tanto pretio fuit apud veteres ut alias scientias eatenus exponendas existimaverint quatenus ad scientiam morum referrentur id que non immerito, vix enim dici potest quot et quanta sint hominibus collata beneficia si quidem ea sit disciplina quæ dispersos homines in unum coegit locum illos que a fera agresti que vita ad humanum civilemque deduxit cultum. ea sit quæ jura leges et judicia constituendis civitatibus per quam utilia describere docuit. quamobrem operæ pretium erit si hanc scientiam, quæ circa mores ad honestatis regulas conformandos tota occupatur quam accuratissime tradiderimus; sed pauca prius de ethicæ natura pro scolarum more premittimus, quare sit

Quid sit Moralis

Ethica seu moralis definitur scientia practica quae versatur circa actus humanos quatenus ad honestatem dirigibiles.
1º Dicitur scientia, id est, facilitas evidenter judicandi.
2º Dicitur practica quia versatur circa objectum operabile mediante ipsa, huic non conquiescit in objecto sui contemplatione nempe actuum humanorum, sed transit ad opus et illos dirigit ad honestatem. 3º dicitur, quae versatur circa actus humanos, quia in tota est moralis in dirigat actus qui dicuntur humani.

Discrimen autem est inter actum humanum et actus hominis. actus humanus est ille qui fit ab homine agente ex advertentia rationis et deliberatione saltem possibili atque debita, tale est Judicium. Actus hominis est ille qui fit ab homine sine advertentia rationis et deliberationis saltem possibili atque debita, ut cum quis interloquendum movet oculos vel pedem vel manum aut scalpit caput.
4º Denique dicitur circa actus humanos quatenus sunt ad honestatem dirigibiles ut distinguatur ab aliis scientiis quae dirigunt actus humanos ad alium finem quam ad honestatem moralem.

Honestas autem seu bonitas moralis est conformitas cum recta ratione: per rectam rationem intelligitur facilitas judicandi de primis et generalibus principiis

quae respicium mores, quale sit idtud alteri ne feceris quod tibi fieri non vis, et hoc alterum unum Cole Deum. Verum ut in forma probetur moralem sue scientiam sit

Conclusio 1.a

Moralis seu ethica sit scientia.

Probatur. nam illa disciplina sit scientia quae sit facilitas evidenter judicandi de sitibus ut in se sunt atqui talis sit ethica, ut patet ex illo ratiocinio quod proprium sit alteri non sit faciendum quod tibi factum nolis. atqui de fama tua detractum non vis; ergo non debes de fama alterius detrahere. pariter judicamus hominem sue capacem meriti vel demeriti, quia sit liber; ergo ethica sit scientia.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.o illa disciplina non sit scientia quae non mili nam mentem ad verum atqui talis est moralis ad hoc enim satis est quod in morali plurima tradantur praecepta non modo incerta, sed etiam noxia: atqui in morali passim leguntur ejusmodi praecepta; ergo &c.

Nego minorem et dico non nulla quidem in quibusdam ethicae tractatibus reperiri principia sit praecepta quae non modo sunt incerta sed etiam moribus perniciosa; verum illa praecepta sunt eorum hominum qui de moribus perniciose scripserunt, non autem ipsius ethicae.

Instabis atqui reperiuntur in ethica praecepta non modo incerta sed ~~etiam perniciosa~~ sed etiam falsa quae sunt ipsius ethicae, ergo nulla solutio.

Nego subsumptum nam illa praecepta non sunt incerta quae sunt necessaria et immutabilia atqui ethicae praecepta sunt ejusmodi, nam ethicae praecepta sunt ista v. g. unum cole deum, declina a malo et fac bonum ~~[illegible]~~ alteri ne feceris quod tibi fieri non vis atqui haec omnia praecepta sunt necessaria et immutabilia, ergo &c.

Ins. inter praecepta moralia numerandi sunt ista colendi sunt parentes suum unicuique reddendum sit atqui illa praecepta sunt mutabilia nam illa praecepta certa non sunt ~~et~~ immutabilia si hisimon sit reddendus homini furioso nec colendi sint parentes patriae proditores et hostes relligionis: atqui resita se habet; ergo &c.

Nego minorem ad cujus probationem dis. maj., si hisis non sit reddendus furioso homini absolute et quoad debitum con. maj. si non sit reddendus hic et nunc quoad actum nego maj. atqui &c. distincta pariter minore nego consequentiam itaque furioso homini hic et nunc non sit reddendus hisis sed licet restitutio differatur ad tempus, attamen remanet semper absolute reddendi debitum obligatio unde istum praeceptum suum cuique reddendum sit remanet necessarium et immutabile quod spectat ad laterum partem dico parentes quatenus

parentes semper sine colendos, licet colendi non sint patriae proditores et verae relligionis hostes.

Obj. 2.° illa disciplina non est scientia cujus objectum pendet a consuetudine hominum: atqui dolale est objectum ethicae; nam objectum Ethicae sunt res morales atqui res morales plerumque pendent ab hominum consuetudine et variae sunt in variis locis ergo &c.

Nego minorem ad cujus probationem dis. maj. objectum Ethicae sunt res morales quae continentur lege naturali vel lege positiva relative ad legem naturalem con. majorem sunt res morales quae continentur lege positiva, quatenus absolute considerantur et nulla habita ratione legis naturalis nego maj. atqui &c. distingo minorem res morales quae continentur lege positiva si absolute considerentur et nulla habita ratione legis naturalis plerumque pendent a consuetudine hominum et variae sunt in variis locis con. minor si spectentur relative ad legem naturalem nego minorem ergo &c. nego consequentiam.

itaque res morales duplicis sunt generis aliae lege naturali certa et immutabili continentur, nec aliter se habere possunt, v.g. haec praecepta unum colendum declina a malo et fac bonum, honora parentes &c.; aliae sunt res morales quae lege positiva libera et mutabili comprehenduntur, v.g. modus specialis colendi Deum honorandi parentes emendi contrahendi et alia ejusmodi quae ab hominum instituto et consuetudine pendent.

Equidem res morales quae lege positiva et mutabili conti
nentur si absolute spectentur et nulla habita ratione legis
naturalis pendent ex consuetudine hominum et variae sunt
in variis locis; sed si considerentur relative ad legem natu
ralem mutari non possunt quia nunquam debent esse
contrariae legi naturali, v.g. specialis modus colendi deum,
licet absolute et in se mutari possit, attamen Deus
ita debet semper coli, ut supremus cultus ipsi deferatur,
non vero creaturis. pariter modus sumendi contrahendi
locandi varius esse potest apud varias nationes, sed quo
quomodo fiat quisque in emendo contrahendo locando &c.
ita se gerere debet ut nihil unquam admittit contra
istud legis naturalis praeceptum alteri ne feceris quod
tibi fieri non vis. porro res morales quae lege positiva
praecipiuntur vel prohibentur non sunt objectum ethicae
nisi quatenus spectantur relative ad legem naturalem

Conclusio 2.a

Ethica est prudentia.

Pro. nam prudentia est habitus vera cum ratio activus
circa ea quae sunt homini mala aut bona moraliter.
atqui Ethica est ejusmodi. 1.o est habitus, quia repetitis
actibus comparatur. 2.o est habitus activus, quia dirigit
actus humanos ad honestatem per certas regulas et certa
praecepta; 3.o versatur circa ea quae sunt homini bona

vel mala moraliter, id est circa actus humanos, qui omnes sunt boni aut mali moraliter; ergo &c.

Solvuntur Objectiones.

Obj. 1.° si Ethica foret prudentia, phi morales quot quot sunt eruditi essent prudentia praediti et vocarentur prudentes atqui id dici non potest; ergo &c.

Dis maj. phi forent praediti prudentia generali con. maj. particulari semper nego maj. atqui &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque duplex est prudentia, scilicet generalis et particularis. prudentia generalis est cognitio praeceptorum regularum et morum in genere, unde universim exponit et declarat quid sit agendum quidve fugiendum v.g. reddendum esse unicuique quod suum est nemini esse faciendam injuriam prudentia particularis est ea quae factum aliquod singulare attingit, v.g. quae hic et nunc inclinat ad stipem erogandam huic aut illi egenti; ad reddendum huic aut tali homini, in hac aut illa circonstantia, quod suum est. prior dicitur prudentia docens posterior dicitur prudentia utens.

Prudentia particularis praeter rectum mentis judicium et cognitionem praeceptorum naturalium importat bonum tum in voluntate tum in appetitu sensitivo dispositionem. unde corrumpitur non tantum ignorantia in prudentia generalis, sed etiam pravis animi affectibus et perturbationibus

Passionum. qui habet prudentiam particularem habet et generalem sed non vice versa. hinc illa ovidii verba, video meliora proboque deteriora sequor. his positis patet solutio.

Imposita responsione prudentia posset hic in homine improbo atqui id dici non potest ergo &c.

Dis. maj. prudentia generalis quae est tantum cognitio praeceptorum moralium posset hic in homine improbo, Con. maj. particularis, quae praeterea dicit in voluntate et appetitu sensitivo facilitatem applicandi haec praecepta nego maj. atqui &c. distincta pariter minore nego conse.

Ins. prudentia est virtus moralis: atqui virtus moralis non reperitur in homine improbo; ergo &c.

Dis. maj. prudentia completa, id est tum generalis tum particularis est virtus moralis, Con. maj. prudentia incompleta, id est, generalis tantum nego maj. atqui &c. Concessa minore et distincto consequente ad sensum majoris nego consequentiam.

Itaque prudentia quatenus virtus moralis non tantum dicit cognitionem praeceptorum in intellectu sub quo respectu dicitur virtus intellectualis sed praeterea importat in voluntate et appetitu sensitivo facilitatem ad illa praecepta applicanda, quia debet reddere hominem bonum simpliciter.

Obj. 2.° multi sunt prudentes sine ethica ergo non debet dici prudentia.

Dis. antecedens multi sunt prudentes sine ethica prudentia impirica et experimentali con antecedens prudentia scientifica nego antecedens et consequentiam.

Itaque duplex distingui debet prudentia nempe impirica quae per experientiam cognoscit quid sit agendum et illud agit sed praecepta et regulas ignorat vel saltem scientifice non novit. scientifica quae non modo cognoscit quid sit agendum quidve fugiendum, sed illud etiam concludit ex principiis certo et evidenter cognitis. igitur quemadmodum non nulli sine arte medica didicerunt facere quandam medicinam impiricam ita fieri potest ut sine cognitione scientifica praeceptorum moralium habeat prudentiam quandam experimentalem

Conclusio 3.ª

Ethica non est ars.

Pro. nam ars est habitus vera cum ratione effectivus seu dirigens effectiones: atqui ethica non dirigit effectiones, sed actiones: nam effectio dicitur quaevis operatio cujus praetium positum est in industria et peritia agentis, actio dicitur operatio cujus dignitas posita est in honestate seu rectitudine morali: atqui ethica dirigit operationes quarum dignitas posita est in rectitudine morali non in peritia et industria cum instituta sit ut actus humanos conformes honestati; ergo &c.

An sit Ethica

Conclusio 1.a

Existit Ethica

P. nam ethica est facilitas evidenter judicandi de actibus humanis et eos ad honestatem dirigendi moribus detegendi virtutes secernendi uno verbo facilitas agendi secundum regulas honestatis: atqui sensu intimo et quotidiana experientia constat comparari ejusmodi facilitatem ergo &c.

Quaeritur eo loci utrum juvenis sit idoneus ethicae auditor.

Aristoteles existimavit ad Ethicae scolis hic arcendos, quia cum in his plerumque vigeant et dominentur inordinati animi affectus quibus ab honeste agendo retrahi solent, incassum audituri sunt ea praecepta quorum finis, inquit, non est cognitio vana, sed actio honesta; contra jelum sit

Conclusio 2.a

Juvenis est idoneus Ethicae auditor.

Pro nam jele idoneus est ethicae auditor, qui potest ejus capere praecepta et ad praxim ea redigere: atqui talis est juvenis; 1.o quidem potest capere praecepta moralia; tam enim adolescens potest intelligere praecepta moralia, quam praecepta aliarum scientiarum, atqui adolescens potest alias ediscere scientias ergo &c. 2.o potest ad usum

et praxim praecepta redigere si quidem licet adolescens inordinatis animi motibus plerumque abripiatur, attamen potest, modo velit, se ad meliorem frugem recipere, nam, ut habet horatius

" nemo adeo ferus est qui non mitescere possit
" si modo culturae patientem accommodet aurem.

Et certe ethica est animi medicina; quemadmodum igitur a pharmacis et potionibus medicis non arcetur sopor otus, ita nec ab ethica arcendus est juvenis quo enim vehementiores sunt in eo animae perturbationes eo magis indiget auxilio ethicae ad illas compescendas; ergo adolescens admittendus est inter auditores ethicae.

Dices homo podagra laborans non est aptus arti saltatrici; ergo nec juvenis idoneus est disciplinae moralis.

Nego consequentiam et paritatem ratio disparitatis est quod penes hominem podagra laborantem non homini suam excutere egritudinem at vero juvenis potest animi motus moderari juxta illud scripturae genesios c. 4. versu 7. sub te sit appetitus tuus et tu dominaberis illius.

Cur sit Ethica.

Causa finalis proxima ethicae est honesta, seu actio virtutis, remota est gloria Dei.

Causa exemplaris est lex aeterna seu ratio suprema ad cujus normam omnes leges positive constitui debent.

Causa efficiens 1a Deus est quicam protoparentibus infudit

Cum in horum intellectu produxit facilitatem Veri, et in horum voluntate facilitatem recti.

Causa efficiens 2.a Sunt ipsi homines qui scientiam hanc studio et labore comparant.

Subjectum inhesionis quod Ethicae est ipsa anima.

Subjectum inhesionis quo sunt ipsae potentiae plurimae v.g. intellectus et voluntas, quorum ope exercentur et eliciuntur actus humani.

Objectum materiale sunt actus humani.

Objectum formale est capacitas honestatis quia est ratio specialis, et sub qua consideramus actus humani.

Objectum totale et adequatum sunt actus humani quatenus sunt ad honestatem formales quod ut in forma probetur sit

Conclusio

Objectum Ethicae adequatum sunt actus humani quatenus ad honestatem dirigendi.

Pro. nam illud est objectum adequatum ethicae, quod habet conditiones requisitas ad objectum totale et adequatum. atqui tales sunt actus humani prout ad honestatem dirigendi. nam tres conditiones requiruntur ad objectum adequatum, nimirum commensuratio, relatio, et distinctio: atqui actus humani quatenus habent tres illas conditiones 1.o commensurationem quia nec latius nec strictius patent quam ipsa moralis. 2.o relationem quia

quaecunque tractantur in morali, ad ipsos referuntur; 3.º denique distinctionem habent, quia praeter moralem nulla est disciplina quae versetur circa actus humanos quatenus sunt ad honestatem dirigendi; ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.º theologia moralis versatur circa actionem humanam prout ad honestatem dirigenda. ergo &c.

Dis. antecedens theologia moralis versatur circa actionem humanam, prout est ad honestatem Christianam et supernaturalem dirigenda, con. antecedens, prout est dirigenda ad honestatem humanam et pure naturalem nego antecedens ergo &c. dis. consequens actio humana prout est dirigenda ad honestatem Christianam et supernaturalem non est objectum ethicae con. consequentiam secus nego consequentiam

Itaque Ethica versatur circa actiones humanas prout sunt dirigendae ad honestatem mere naturalem et principiis solo lumine naturali cognitis; theologia vero illas actiones spectat in ordine supernaturali et prout sunt dirigendae ad honestatem Christianam et principiis lumine supernaturali cognitis, proindeque theologia et ethica sub diversa ratione versantur circa actus humanos;

Obj. 2.º beatitudo est objectum ethicae; ergo non actus humani.

Nego antecedens nam ethica ut pote scientia practica debet dare praecepta de suo objecto conficiendo; atqui philosophia moralis nulla fradit praecepta de conficienda beatitudine.

Ms. illud est objectum ethicae ad quod omnia quae tractantur in ethica referuntur, atqui omnia quae tractantur in morali referuntur ad beatitudinem

Dis maj. illud est objectum ethicae ad quod omnia quae tractantur in ethica referuntur tanquam ad finem intrinsecum Con. maj. tanquam ad finem extrinsecum Ego majorem atqui &c distincta pariter minore nego consequentiam

itaque beatitudo est finis extrinsecus ethicae quamvis enim ethica primario de beatitudine non agat ad illam tamen consequendam maxime est utilis: enim vero beatitudo se habet respectu ethicae sicut ceterae scientiae respectu logicae. igitur quemadmodum ceterae scientiae non sunt objectum logicae sed tantum illius finis extrinsecus, ita et beatitudo non est objectum ethicae sed duntaxat illius finis extrinsecus.

Ms in disciplina practica finis et objectum idem sunt, ergo si beatitudo est finis ethicae est quoque objectum.

Dis antecedens in disciplina practica finis internus et objectum idem sunt concedo antecedens finis externus et objectum sunt quidnunum eidem nego antecedens ergo &c distingo consequens si beatitudo sit finis ethicae internus est quoque ejus objectum Con. consequentiam si beatitudo sit finis extrinsecus est quoque ejus objectum nego consequentiam.

itaque finis disciplinae duplex distingui potest nimirum internus seu intrinsecus a externus seu extrinsecus. finis internus alicujus disciplinae est ille, de quo disciplina

primario et per se agit, et ad quem refert quaecunque tractat. tales sunt actus humani ad honestatem dirigendi respectu Ethicae; ex illis enim primario et per se agit, ad illos refert quaecunque tractat: unde finis internus et objectum sunt quidunum et idem. finis externus est ille, de quo disciplina primario et per se non agit, sed ad quem consequendum maxime inservit. tales sunt omnes disciplinae respectu logicae, quamvis enim primario logica de illis scientiis non agat, attamen ad eas consequendas est necessaria.

Porro in disciplina practica finis internus et objectum sunt quidunum et idem; at vero finis externus valde distinguitur ab objecto. finis enim externus proprie loquendo non est finis disciplinae practicae sed potius ipsius hominis, qui incumbit in studium disciplinae practicae.

Obj. 3.° ars medica versatur circa substantiam corporis tanquam objectum adequatum; ergo a pari Ethica cum sit medicina animae debet versari circa animae substantiam, non vero circa actiones humanas.

Nego consequentiam et paritatem. ratio disparitatis est quod morbi corporis sint in ejus substantia quae caduca est et corruptioni obnoxia. at vero morbi animae in potest spiritalis non sunt in illius substantia, sed in ejus affectionibus et actionibus. quapropter moralis versari debet circa actiones animae non vero circa ejus substantiam; ubi enim est morbus, ibi est adhibenda medicina.

Qualis sit Ethica

Inter praecipuas ethicae proprietates numerantur utilitas et necessitas. fatentur omnes ethicam maxime esse utilem cuilibet homini; cum illis praecepta plurimum conferant ad vitam honeste et laudabiliter traducendam: verum disputant de illius necessitate.

Conclusio 1.a

Ethica simpliciter est necessaria omnibus hominibus collective sumptis.

Pro. nam illud est simpliciter necessarium, sine quo finis obtineri non potest: atqui sine phia morali quae existat in quibusdam hominibus, tota hominum collectio non potest vitam honestam et felicem vivere, si quidem saepe occurrunt difficiliores rerum agendarum casus, in quibus nec naturalis, nec empirica sufficit ethica; sed necesse est adire et consulere viros qui singulari rerum agendarum prudentia instructi sint.

Conclusio 2.a

Ethica non est simpliciter necessaria hominibus distributive sumptis.

Pro. nam Ethica se habet in regendis hominibus sicut medicina in illorum corporibus curandis: atqui hoc posito non est simpliciter necessaria hominibus distributive sumptis. ut enim in civitate satis est quosdam existere medicos, qui

accersantur, et opem ferant iis qui gravissimo morbo tentantur, sic satis fuerit si in republica extiterent viri prudentes et in Ethica versatissimi, qui in consilium adhibeantur, cum se dabit difficilis agendi occasio.

Quotuplex sit Ethica

1.° Ethica dividitur in naturalem et artificialem. Ethica naturalis est cognitio quam quisque habet a natura insitam et qua honestum a turpi discernens sibi prescribit quid et quomodo sit agendum.

Ethica artificialis est cognitio multorum praeceptorum, quibus bene vivendi norma continetur, studio et labore comparata.

2.° Ethica dividitur in empiricam seu experimentalem et scientificam.

Ethica experimentalis est cognitio multorum praeceptorum moralium ex multis experimentis sine probatione collectorum, qualis reperitur in senibus, et in iis qui in rebus agendis sunt versatissimi.

Ethica scientifica est cognitio evidens multorum praeceptorum moralium cum facilitate ea probandi atque demonstrandi certis et necessariis rationibus.

3.° Ethica dividitur in universalem et particularem.

Ethica universalis est ea quae ex principiis et effatis generalibus generales deducit conclusiones, quibus universim praescribitur quid sit agendum quidve fugiendum.

unde versatur circa actus humanos ut sic eorum princi
pia inquirit et tradit praecepta bene vivendi cuilibet statui
communia.

Ethica particularis est ea quae in singulis casibus defi
nit quid hic et nunc sit agendum. unde spectat actus
humanos in particulari, traditque praecepta cuilibet
statui propria.

4.º Denique Ethica dividitur in monasticam oeconomi
cam et politicam.

Monastica dirigit hominem in ordine ad proprium
suum bonum.

Oeconomica seu domestica dirigit hominem, prout est
membrum familiae in ordine ad bonum ipsius familiae.

Politica est ea, quae dirigit hominem ut membrum
reipublicae in ordine ad bonum ipsius reipublicae.

Quaeritur utrum haec ultima divisio sit admittenda.

Res. affirmative quare sit.

Conclusio 1.ª

Admittenda est divisio Ethicae in monasticam oeco
nomicam et politicam.

Probatur. nam totuplex est admittenda phia moralis,
quotuplex est bonum, quod tenemur procurare: quotuplex
est officium, quo tenemur fungi; quotuplex est denique
status in quo homo vitam degere potest: atqui 1.º triplex

In bonum quod tenemur procurare, nempe bonum proprium, bonum familiae et bonum reipublicae. 2.° triplex officium quo tenemur fungi nimirum hoc nosmetipsos, hoc familiam et hoc rempublicam. 3.° denique triplex in status in quo homo vitam traducere potest, vel enim solus vivit, vel in familia vel in republica; ergo &c.

Solvuntur Objectiones.

Obj. 1.° eadem ars medica curat homines, sive privatos sive in familia sive in civitate degentes; ergo et a pari &c.

Nego consequentiam et paritatem ars enim medica curat homines nulla habita ratione illius status in quo vivunt: at vero moralis dirigit homines habita ratione status in quo degunt et pro diversitate illius status et conditionis diversa tradit praecepta. Sunt alia sunt officia hominis privati, alia patris familias alia denique principis.

Obj. 2.° in legitima divisione unum membrum dividens non est pars alterius nec in ipso continetur, atqui monastica est pars oeconomicae et oeconomica politicae; ergo &c.

Dis. maj. in legitima divisione unum membrum dividens formaliter sumptum non est pars alterius con. majorem unum membrum materialiter sumptum non est pars alterius nego maj. atqui &c. distincta minore ad sensum majoris nego consequentiam.

Itaque membrum dividens potest considerari materialiter

22 et formaliter materialiter spectatur quando consideratur sub ea ratione sub qua aliis membris non opponitur. formaliter vero quando consideratur quatenus opponitur aliis membris dividentibus.

Equidem in legitima divisione unum membrum formaliter sumptum non debet esse pars alterius; at vero unum membrum materialiter sumptum potest esse pars alterius.

Porro esto quod monastica materialiter sumpta sit pars aeconomicae aeconomica politicae attamen si formaliter spectentur una non est pars alterius, habent enim objecta formaliter diversa; cum diversa sint officia hominis privati, patris familias et hominis in republica viventis, igitur optima est divisio Ethicae in monasticam, aeconomicam et politicam. quemadmodum optima est divisio numeri in parem et imparem; quamvis numerus par materialiter spectatus contineatur in numero impari, v. g. binarius in ternario.

Ins atqui monastica formaliter sumpta continetur in aeconomica et aeconomica in politica: nam ut objectum in objecto sic scientia continetur in scientia: atqui objectum Ethicae continetur in objecto aeconomicae et objectum aeconomicae in objecto politicae; ergo &c.

Dis subsumptum ad cujus probationem dis. maj. ut objectum formaliter sumptum continetur in objecto formaliter sumpto, ita scientia continetur in scientia nego. maj. ut objectum materialiter sumptum continetur in objecto materialiter sumpto, ita scientia continetur in scientia nego maj atqui &c distincta pariter mi. nego conse.

Objectum considerari potest duobus modis materialiter et formaliter. materialiter spectatur, quando consideratur prout est commune pluribus disciplinis. formaliter vero spectatur, quando consideratur ut proprium alicujus disciplinae.

Equidem ut objectum formaliter sumptum continetur in objecto formaliter sumpto ita scientia continetur in scientia; at vero res aliter se habet, quando objectum materialiter dumtaxat sumptum continetur in objecto materialiter sumpto, ut patet exemplo physicae et medicinae. porro objectum monasticae materialiter sumptum continetur quidem in objecto oeconomicae nam vir privatus continetur in familia. et objectum oeconomicae materialiter sumptum, quod est familia, continetur in objecto politicae, quod est respublica. at vero objectum monasticae formaliter sumptum non continetur in objecto oeconomicae formaliter sumpto, quia privatus ut privatus non pertinet ad familiam, et familia quatenus familia non pertinet ad rem publicam.

Obj. 3.° Eadem est scientia quae agit de toto et partibus. atq; homo privatus est pars familiae et familia pars reipublicae; ergo &c.

Dis. maj. eadem est scientia quae agit de toto et partibus, quatenus sunt partes con. maj. de toto et partibus quatenus non sunt partes nego maj. atqui &c distingo minor homo privatus, quatenus est membrum familiae est pars familiae, et familia quatenus membrum reipublicae

Concedo minorem. homo privatus ut privatus et familia quatenus familia &c. nego minorem.

Equidem si partes considerentur ut partes eadem est scientia quae tractat de toto et partibus; secus vero si partes non spectentur ut partes. porro homo privatus ut privatus non spectatur tanquam pars familiae et familia ut familia tanquam pars reipublicae; ergo &c.

Obj. 4º. monastica et oeconomica referuntur ad politicam; ergo ab ea non differunt specie.

Dis. antecedens monastica et oeconomica referuntur per accidens ad politicam con. Antecedens referuntur per se nego antecedens; ergo &c. nego consequentiam

Itaque monastica et oeconomica referuntur per accidens ad politicam sicut dictum est in logica judicia nostra referri ad demonstrationem.

Ins. familia non differt specie a republica; ergo oeconomica non differt specie a politica.

Dis. antecedens familia non differt specie phisica specie phisica a republica con. antecedens specie morali nego antece ergo &c. distincto consequente nego consequentiam

Itaque familia et respublica non differunt inter se specie phisica quia utraque versatur circa actus humanos ad honestatem moralem dirigendos: at vero differunt specie morali. aliud enim est officium patris familias aliud principis. pater familias ergo filios et domesticos tenetur

educationis tum corporeae tum spiritalis officio non item princeps. aliud pariter sit dominium principis in subditos aliud patris familias in filios et domesticos; ergo oeconomica et politica diversi modi hominem respiciunt, proindeque differunt inter se.

Obj. 5.° admitti debet specialis scientia quae agat de officio erga vicinos; ergo &c.

Sequentia cedens sequidem officium viri boni erga vicinos refertur ad officium hominis publici erga cives in ordine ad bonum publicum quamvis vir publicus aliter se gerat erga vicinos aliter erga cives

Quaeritur quaenam harum ethicae specierum sit nobilior

Conclusio 2.ª

Politica praestantior est caeteris ethicae speciebus.

Pro. nam illa disciplina nobilior est quae nobiliorem habet finem: atqui politicam nobiliorem habet finem. finis enim politicae est procurare bonum publicum et felicitatem publicam. finis vero monasticae et oeconomicae est felicitas familiae aut alicujus personae privatae: atqui bonum publicum excellentius est bono privato hanc ob rem aliquando procuratur etiam cum dispendio boni privati ut fit in bello et justitia vindicativa; ergo &c.

Omnes philosophiae moralis partes egregie admodum prosecutus est Aristoteles, sed quia longius foret eas singulas tradere de sola ethica generali agemus, ita tamen

ut ex iisque dicturi sumus quisque colligere possit quae cunque pertinent ad Ethicam particularem. hinc tractatum in tres partes distribuemus 1.a hic de principiis externis actuum humanorum, 2.a de principiis internis. 3.a denique hic de eorundem actuum proprietatibus et speciebus.

Prima Pars
Ethicae
De Principiis Externis Actuum humanorum

Tria sunt principia externa Actuum humanorum nimirum finale, dirigens et efficiens. principium finale est id propter quod fiunt actus humani. principium dirigens est lex ipsa, qua tanquam luce quisque dirigitur in suis actibus. principium efficiens externum actuum humanorum est id omne quod extra hominem positum phisice concurrit ad humanos actus eliciendos talis est deus.

Phi de hoc principio non disputant in moralibus quia explicant in metaphisica modum quo Deus et Angeli homines quidem nobiscum operentur. in phisica vero agunt de impressionibus et concursu objectorum.

S. AVGVSTINVS.

Fessa quod arrecta nitantur tempora dextera,
Difficilis capiti res meditanda meo est.

P. Gallays à S.t Francois de Sales 3

De Principio finali

Principium finale actuum humanorum est id propter quod fiunt actus humani: principium autem istud spectari potest vel ut movens appetitum et dicitur bonum; vel ut terminans et dicitur finis; vel ut appetitum satians, et dicitur beatitudo. haec igitur disputatio tres habebit articulos, 1.us sit de bono, 2.us de fine, et 3.us de beatitudine.

Quid sit Bonum

Bonum aequivocatione laborat quare dividi debet antequam definiatur. bonum vel absolute, vel relative sumitur. bonum absolute sumptum est illud quod in se integrum et perfectum est, hoc sensu omne ens est bonum. bonum relative sumptum est illud quod est perfectivum alterius et ipsi conveniens. hinc omne bonum absolute sumptum non est bonum relativum respectu cujuslibet, sic aqua bona est pissibus ut in ea vivant non item hominibus. hinc perfectio oritur a bono relative sumpto, id est, a perfectivo, non autem a perfecto.

Malum pariter sumi potest absolute et relative. malum absolute sumptum est ipsum impossibile, unde proprie loquendo nullum datur malum absolutum. malum relative sumptum est illud quod alteri nocet sic nec

nocet pissibus dum in hoc versantur.

Aristoteles definit bonum relative sumptum id quod omnia appetunt seu id quod movet appetitum huic quaesitum est in scolis utrum voluntas possit amare malum qua malum et odisse bonum qua bonum quod ut intelligatur.

Observa malum sicut et bonum relative sumptum posse sumi duobus modis materialiter et formaliter. malum materialiter sumptum est id quod noxium est alteri sed non spectatur sub ratione mali. malum formaliter sumptum est illud quod spectatur sub ratione mali sive sit revera malum nec ne

Bonum materialiter sumptum est id quod bonum est alteri ut scientia, sed non spectatur sub ratione boni. bonum formaliter sumptum est illud quod spectatur sub ratione boni sive sit revera bonum nec ne.

Constat posse quempiam odisse bonum materialiter sumptum quia potest quis odisse et fugere rem quae ipsi bona est, propter difficultates adjunctas, v.g. scientiam propter laborem et studium. itaque quaestio est utrum quis possit odisse bonum qua bonum id est spectatum sub ratione boni et amare malum qua malum, id est spectatum sub ratione; cui quaestioni ut fiat satis sit.

Conclusio 1.a

Nemo potest odisse bonum qua bonum.

Pro: nam nemo potest id odisse, quod non movet ad odium sui: atqui bonum qua bonum non movet ad odium sui; nam illud non movet ad odium sui, quod per suam praesentiam delectat et per absentiam sollicitat: atqui bonum qua bonum est ejusmodi; si quidem quando bonum praesens est voluntatem demulcet et allicit, dum vero est absens ad sui desiderium movet et excitat, ergo bonum qua bonum non movet ad sui odium; proindeque nemo potest illud odisse.

Solvuntur Objectiones.

Objicies 1.o beatitudo est bonum qua bonum: atqui potest quis odisse beatitudinem; ergo &c.

Dis maj beatitudo in communi est bonum qua bonum con maj in particulari nego maj. atqui &c distincta pariter minore nego consequentiam.

beatitudo in communi est bonum indeterminate quod a bonis naturaliter expetitur. beatitudo in particulari est deus ipse, vel etiam aliquod bonum creatum singulare et determinatum, quales sunt honores dignitates divitiae quas quisque pro ut affectus est ambit et consectatur.

Equidem potest quis odisse beatitudinem in particulari; v.g. Deum atque etiam honores et divitias aut alia

ejusmodi objecta quae antea spectabat tanquam bonum extremum at vero nemo potest odio habere beatitudinem in communi et ut sic, nullus enim est qui beatus esse nolit et quamvis peccatum, inquit Sanctus Augustinus multa homini damna intulerit, non tamen hoc usque processit ut desiderium beatitudinis adhibere potuerit.

Obj. 2.° qui liber est circa bonum potest amare et odisse bonum: atqui homo liber est circa bonum; ergo &c.

Dis. maj. qui liber est circa bonum libertate contrarietatis potest amare et odisse bonum concedo maj. qui liber est libertate contradictionis duntaxat nego maj. atqui &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque duplex distinguitur libertas contrarietatis et contradictionis. libertas contrarietatis est vis qua voluntas potest unum agere vel ejus contrarium amare vel odisse libertas contradictionis est vis qua voluntas potest agere vel non agere amare vel non amare.

Equidem qui liber est circa bonum libertate contrarietatis, ille potest amare et odisse bonum qua bonum; secus vero si sit tantum liber libertate contradictionis. porro homo liber duntaxat est libertate contradictionis circa bonum qua bonum. nam bonum qua bonum est bonum amabile seu id quod exhibetur sub ratione boni: atqui voluntas non potest dici odisse quod ipsi exhibetur sub ratione boni. nulla enim

facultas potest versari circa suum objectum specifica-
tivum v. g. intellectus non potest intelligere id quod non
est intelligibile ergo et a pari voluntas non potest odisse
id quod non est odibile.

Ins. homo potest mereri et demereri circa bonum ergo
liber est circa illud libertate contrarietatis.

Ego consequentiam nam ad merendum aut demeren-
dum non requiritur libertas contrarietatis sed sufficit
contradictionis ut alibi dicetur quando agemus de liber-
tate hominis.

Quod spectat ad aliam quaestionis partem utrum malum
qua malum possit amari nullum est dubium quin
voluntas humana possit amare malum materialiter
sumptum seu rem quae in rei ~~voluntate~~ nobis mala est
propter nempe voluptatem et adjunctam quamdam
apparentem utilitatem; sed quaestio est utrum malum
formaliter spectatum sub ratione mali possit amari
existimant nominales malum qua malum amari
pone contra los sit

Conclusio 2a.

Malum qua malum amari non potest.

Pro. nam illud tantum potest amari, quod est amabile.
sicut illud duntaxat intelligi potest, quod est intelligibile;
atqui malum qua malum non est amabile; siquidem
illud tantum est amabile, quod habet vim allicien-
di

voluntatem vel ad ~~que~~ sui conservationem si jam ~~et~~ possidetur: atqui malum qua malum non habet vim alliciendi voluntatem. quod enim nullam habet speciem boni, illud non habet vim alliciendi voluntatem: atqui malum qua malum spectatum sub ratione mali nullam habet speciem boni, ergo non habet vim alliciendi voluntatem, sed potius avocandi.

Et certe se habet voluntas amans ad objectum amoris, sicut intellectus assentiens se habet ad objectum assensus; atqui falsum qua falsum non potest esse objectum intellectus assentientis; ergo &c.

Denique malum qua malum amari non potest; si voluntas in omnibus suis actibus semper ducatur specie boni saltem apparentis: atqui voluntas in omnibus suis actibus etiam ~~in~~ iis in quibus dicitur sic volo sic jubeo, sic pro ratione voluntas, ducitur specie boni saltem apparentis quatenus nimirum hac agendi ratione ad independentiam et supremum in suos actus dominium aspirat; ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1º qui vult malum hosti quem odit, ille appetit malum qua malum: atqui plurimi volunt malum hostibus; ergo &c.

Nego maj. qui enim vult malum hosti quem odit is non amat malum qua malum, sed proprium suum bonum appetit dum vult destructionem hominis

inimici a quo felicitatem perturbari putat;

Obj 2°: quidam peccant ex pura malitia atqui jeli amant malum qua malum; ergo &c.

Nego minorem dicuntur enim homines peccare pura malitia non quod amore mali qua mali ducantur sed quia nullum aut ignorantiae aut infirmitatis excusationem possunt pretexere. Scilicet tribus modis homo peccare potest, nempe ex ignorantia ex infirmitate et ex malitia: porro quando quis nec ignorantia laborat nec abripitur vel tentatione vel metu tunc dicitur peccare ex pura malitia; sed in his peccatis semper aliqua voluptate et consequenter aliqua specie boni saltem apparentis ducitur

Obj. 3°: testatur Augustinus in libro Confessionum se stipatum comitibus poma furto subripuisse nulla compulsum egestate sed fastidio justitiae, nec ea re voluisse frui, quam furto appetebat, sed ipso furto et peccato: atqui tunc sanctus Augustinus amabat malum qua malum; ergo &c.

Nego minorem nam sanctus Augustinus appetebat furtum sub ratione boni quatenus volebat sociorum suorum audacissimus haberi; pudebat enim, inquit ipse, non esse impudentem: si quidem apud perditos et nebulones summae gloriae ducitur, si quis omnium impudentissimus videatur. itaque Augustinus furto delectabatur quatenus ipsum apud socios commendabat.

Obj. 4.° Annihilatio nullam habet rationem boni: atqui demones et damnati annihilationem appetunt; ergo &c.

Dis. maj. Annihilatio absolute sumpta nullam habet rationem boni Con. maj. annihilatio relative sumpta et quatenus finis sit miseriarum nego maj. atqui &c. distincta pariter minore nego Consequentiam

itaque demones et damnati annihilationem appetunt quatenus per ipsam liberarentur suis omnibus miseriis et suppliciis quibus torquentur; proindeque sub eo respectu bona videtur.

Obj. 5.° ille amat malum qua malum, qui appetit quod sit oppositum bono atqui homo appetit id quod sit oppositum bono; ergo &c.

Dis. maj. ille amat malum qua malum, qui appetit quod sit oppositum bono formaliter sumpto, id sit, spectato in bono Con. maj. bono materialiter sumpto, id sit, quod revera bonum sit, sed non spectatur sub ratione boni nego maj.: atqui &c. distincta pariter minore nego Conseq.

itaque homo suis cupiditatibus abreptus sepe id quod revera malum sit et oppositum honestati verum illud non prosequitur sub ratione mali, sed sub ratione boni quatenus prava et corrupta illius voluntas objecto inhonesto delectatur.

Obj. 6.° illud potest amari, quod judicatur amabile atqui malum qua malum judicatur amabile nempe a nominalibus; ergo &c.

Dis. maj. quod judicatur amabile judicio practice practico con. maj. minime practico sed speculativo nego maj. atqui &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque duplex distingui debet judicium aliud practice practicum aliud speculativum judicium practice practicum est illud quod fertur dum instat agendi occasio et quo applicamus ad prosecutionem objecti. judicium speculativum est illud quod fertur cum non instat agendi occasio et quo non applicamus ad prosecutionem objecti.

Equidem illud potest amari, quod judicatur amabile judicio practico practico, quo applicamus ad objectum prosequendum at vero illud amari non potest quod speculative tantum judicatur amabile. porro hoc quod intellectus nominalium non attenta ratione mali et repugnantia quae intercedit inter naturam mali qua mali et naturam amoris, possit judicare speculative veram esse hanc propositionem, malum qua malum est amabile, sicut fortasse non attenta ratione totius et partis potest judicare totum non esse sua parte majus; at vero intellectus non potest hic et nunc seu practice judicare aliquid malum qua malum, id est, circumvestitum specie saltem ementita boni posse amari, ita ut voluntas illud

amet et prosequatur.

Adde quod posset negari minor ut enim objectum aliquod dicatur malum qua malum, debet judicari malum atqui si judicatur malum, id sub disconveniens, non potest judicari amabile sub eodem respectu, alioquin judicaretur amabile simul et non amabile pugnantia igitur judicantur nominales cum dicunt malum qua malum ~~dici~~ posse amabile ab intellectu judicari.

Obj. 7.° Si voluntas neque possit amare malum qua malum, nec odisse bonum qua bonum, jam nulla nobis relinquitur optio in idem objectum amemur vel aversemur. nam si objectum representetur ut malum, voluntas odit; si representetur ut bonum, necessario illud amore prosequitur; atqui quodlibet objectum in particulari semper nobis representatur vel ut bonum vel ut malum, ergo &c.

Nego antecedens ad cujus probationem dis. maj. si objectum representetur bonum aut malum divisim illud necessario amamus vel aversemur. si representetur ut bonum et malum conjunctim nego majorem atqui &c distincta pariter minore nego consequentiam, itaque si objectum aliquod nobis exhiberetur ita bonum, ut nulla ratione appareret malum, aut ita malum representaretur ut sub nulla ratione videretur bonum illud necessario amaremus aut aversaremus; at vero

Cum nullum sit objectum sibi beatitudinem in communi hæc ris quod in hac vita
nobis representetur ita sit omni parte bonum ut aliquid
mali saltem specie tenus illi admixtum non appareat
voluntas nullum objectum necessario amat vel odit
in particulari

Obj. 8.° illud potest amari quod præcepto divino prohibetur
amari: atqui malum qua malum præcepto divino
prohibetur amari ergo &c.

Ergo minorem equidem præcepto divino prohibetur ne
ametur inhonestum sit turpe; sed turpe et inhonestum videtur
gratum et jucundum homini pravis et corruptis moribus; ergo
præceptum divinum non vetat malum qua malum
amari quia repugnat

Ms interdicitur peccatum: atqui amare malum qua
malum sit peccatum; ergo &c

Ergo minorem quæ sit de falso supponente; supponit
enim posse amari malum qua malum: porro ostendimus
id repugnare; nam illud tantum amari potest, quod
habet rationem formalem et motivum amoris: atqui malum
qua malum, id sit representatum ut malum nullam
habet rationem motivam amoris, cum sub eo respectu displiceat
voluntati.

Obj. 9.° qui eligit minus bonum relicto majori
ille amat malum qua malum: atqui homo
lapse eligit minus bonum relicto majori; ergo &c.

Dis maj. qui eligit minus bonum formaliter sumptum relicto majori etiam formaliter sumpto, ille amat malum qua malum; Con. maj. qui eligit minus bonum materialiter sumptum nego maj. atqui &c distincta pariter minore nego consequentiam.

Equidem qui eligit minus bonum formaliter sumptum relicto majori etiam formaliter sumpto, id est quatenus est magis conveniens et magis jucundum, ille amat malum qua malum; at vero qui eligit minus bonum materialiter sumptum, quia magis est conveniens et relinquit magis bonum materialiter sumptum, quia minus est conveniens et jucundum, ille non amat malum qua malum; porro sic se gerit homo aliquando regiri id quod majus est bonum in se magisque perfectivum hominis, quia sibi minus est gratum et acceptum et prosequitur id quod minus est bonum in se, v. g. homo sepe relinquit Deum in se totum tradat terrenis voluptatibus quia terrenis magis quam celestibus delectatur bonis; proindeque semper aliqua majoris boni saltem apparentis homo in suis actibus ducitur.

Obj. decimo tam malum potest esse objectum voluntatis quam bonum; ergo tam potest amari quam ipsum bonum.

Dis. Antecedens tam malum potest hic obiectum voluntatis aversantis quam bonum hic objectum voluntatis prosequentis Con. antecedens tam malum potest hic objectum voluntatis prosequentis et amantis quam bonum nego Antecedens et Consequentiam itaque duplex hic actus voluntatis minimum prosecutio seu amor, et fuga seu odium. malum hic objectum voluntatis fugientis et odio habentis; bonum vero hic objectum voluntatis prosequentis et amantis.

Obj. undecimo ex Scriptura Sacra Genesis cap. octavo proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua; ergo &c.

Dis antecedens proni sunt sensus hominis ad malum materialiter sumptum Con. Antecedens ad malum formaliter sumptum nego antecedens.

Obj. duodecimo. Odium Dei prout hic odium hic malum quam malum: atqui potest quis amare odium Dei prout dei odium; ergo &c.

Nego maj. Equidem odium Dei hic malum materialiter sumptum, quia non perficit hominem, ipso ipsi plurimum nocet; at vero non hic malum formaliter sumptum, quia non consideratur ut malum ab eo qui Deum cadit: unde fertur in illud odium specie boni. v.g. demones qui Deum spectant ut severissimum horum criminum ultorem et vendicem Deum odio habent quia suum bonum amant.

An sit Bonum

Datur bonum absolutum et relativum atque in ordine phisico et morali; datur enim aliquid in se perfectum, datur quoque aliquid perfectivum alterius, tum in ordine phisico, v. g. scientia, tum in ordine morali v. g. virtus. non existit malum tum phisicum tum morale formaliter sumptum nisi eo sensu quo existunt absentiae quae sunt vel privationes vel negationes. huic patet non modo hereticam, sed absurdam fuisse omnino opinionem manichaeorum qui volebant existere summum quoddam malum quod foret substantia et causa effectrix omnium malorum. scilicet in animum sibi indixerant isti heretici admittendam [illegible] hic veram et positivam causam effectricem malitiae moralis; at vero cum malitia moralis non sit hic sed absentia et privatio hujus non requiritur causa effectrix ad illius productionem.

Summum malum phisicum sit carentia existentiae

Summum malum morale est exclusio a fine ultimo qui sit vita aeterna quam Deus praeparavit diligentibus se.

Cur sit bonum

Nulla sit causa boni generatim sumpti alioquin daretur causa boni creati causa finalis boni creati sit

ipse Deus: Causa finalis boni moralis est conformitas cum recta ratione. Causa efficiens prima est Deus, sine quo nihil fit. Causa efficiens 2a. sunt creaturae spirituales. Causa finalis mali moralis est manifestatio divinae justitiae aliorumque dei attributorum. Deus enim inquit Augustinus Deus permittit mala ut ex inde majora elicias bona. Causa efficiens mali proprie nulla est illius enim quod nihil est nulla debet quaeri.

Cum sit mera privatio et absentia; ergo &c. Causa efficiens mali improprie dicta est voluntas creata quatenus deficit: hinc augustinus disputans olim adversus manicheos, noli inquit quaerere causam efficientem mali non est efficiens sed deficiens. quare cum Deus nullo modo deficere possit, non est causa mali nisi permittens.

Quotuplex sit Bonum

Prima boni divisio est in bonum verum et apparens. bonum verum est illud, quod tale est in se quale creditur v. g. virtus. bonum apparens est illud quod tale non est in se quale existimatur, v. g. illicita voluptas

2.° bonum dividitur in bonum per essentiam et bonum per participationem. bonum per essentiam est illud quod suam bonitatem a nullo acceptam nulli referentis est solus Deus hoc sensu est dictus ex a Christo nemo bonus, nisi solus Deus. bonum per participationem est illud, quod suam bonitatem ab alio acceptam habet tales sunt

omnes creaturae.

3.° bonum dividitur in bonum animi corporis et fortunae. bonum animi est illud quod mentem perficit talis est scientia et virtus bonum corporis est illud quod perficit corpus talis est sanitas pulchritudo robur. bonum fortunae sunt la bona quae vulgo dicuntur a fortuna pendere quales sunt honores divitiae generis nobilitas

4.° bonum dividitur in honestum utile et jucundum. bonum honestum est illud quod conforme est regulis morum, v.g. justitia observantia in parentes &c. bonum jucundum est illud quod aliquam voluptatem affert talis est cibus respectu hominis qui fame premitur. bonum utile est illud quod inservit ad aliquid obtinendum talis est pecunia ad consequendas dignitates potio amara ad recuperandam sanitatem

Quaeritur utrum illa bona honestum utile et jucundum ponam a se invicem separari

R. 1.° idem bonum potest esse simul honestum, utile et jucundum; sic actio virtutis honesta est quia conformis est regulis morum; utilis est quia inservit ad beatitudinem consequendam denique jucunda est homini probo quapropter sanctus thomas de hac divisione agens illa inquit divisio non est per oppositas res sed per oppositas rationes.

2.° jucundum potest esse sine honesto; si actio

turpis potest hic jucunda: et vice versa honestum potest hic sine jucundo, v.g. voluntaria carnis maceratio est honesta nec tamen jucunda.

3.° jucundum potest hic sine utili v.g. actio turpis potest hic jucunda nec tamen utilis, et vicissim utile reperiri potest sine jucundo. sic potio amara utilis est ad sanitatem nec jucunda.

4.° honestum potest hic sine utili, v.g. in beatis possessio Dei est maxime honesta, attamen accurate loquendo dici non debet utilis quia non habet rationem medii cum ipsa sit finis ultimus.

Itaque in lo tota remanet difficultas utrum utile possit hic sine honesto, id est utrum aliquid possit hic revera utile nec tamen honestum quod ut dirimatur sit

Conclusio.

Utile separari non potest ab honesto.

Probatur nam utile separari non potest ab honesto si separatum ab honesto non amplius dici possit utile: atqui res ita se habet, quod enim detrimenti plus affert quam utilitatis, illud non amplius dici potest utile: atqui utile separatum ab honesto plus detrimenti affert quam utilitatis nam detrimentum vitae et omnis famae conscientiae perturbatio cruciatus majus constituunt malum quam commoditatis cujuslibet amissio.

v.g. lucri temporalis aut momentaneae cujusdam voluptatis: atqui actus inhonestus affert detrimentum vitae aeternae famae &c. procurat autem emolumentum alicujus lucri vel voluptatis temporalis ergo &c. quapropter nulla inquit Cicero, deterior pestis hominum vitam invadere potuit quam opinio eorum qui honestum ab utili detraxere hinc enim orta sunt furta latrocinia falsa testimonia et alia id genus crimina.

Solvuntur Objectiones

Obj. actus inhonestus potest esse jucundus simpliciter, ergo et utilis simpliciter.

Nego consequentiam et paritatem ratio disparitatis est quod actus inhonestus majorem potest dare voluptatem quam dolorem praesentem, licet majorem afferat postea dolorem; at vero actus inhonestus majus semper affert detrimentum, quam praesens emolumentum; proinde que nunquam est utilis simpliciter.

Ins. quod confert ad manifestationem justitiae divinae, illud est utile simpliciter: atqui actus inhonestus confert ad manifestationem justitiae divinae ergo &c.

Dis. maj. quod confert ad manifestationem justitiae divinae, illud est utile simpliciter respectu Dei et proximi concedo majorem respectu illius hominis qui inhonestum actum exercet nego maj. itaque adeo potens est Deus, ut de malo sciat elicere bonum, sicque actus inhonestus utilis est respectu justitiae divinae quam manifestat atque etiam respectu proximi qui alterius exemplo

monitus discere potest justitiam Dei et se se ad meliorem fingere reci-
at vero actus inhonestus utilis hic non potest simpliciter respectu
jelius qui hunc actum exercet.

Ms. atqui actus inhonestus aliquando est maxime utilis
respectu jelius qui hunc producit actum juxta illud, utile est
superbis cadere ut humiliores resurgant; ergo &c.

Dis. maj. utilis est per accidens et praeter suam naturam con-
maj. per se et ex natura sua nego maj. itaque superbis
utile est cadere ut humiliores resurgant, et eo sensu actus
inhonestus seu peccatum utile dicitur; sed illud fit per accidens
et praeter naturam peccati nam in omnibus id utilitatis
non habet in omnibus vero praesens habet detrimentum virtutis
probitatis et gratiae proindeque actus inhonestus semper
hic se magis est noxius quam utilis.

Haec veritas ita per se lucet ut eam agnoverint vel ipsi pagani;
hinc tullius in officiis declarat non esse utile eripere tabu-
lam naufrago ad vitae suae conservationem quia non est
honestum eripere cum quam quod suum est non esse etiam utile mercatori rei venden-
dae vitium occultare ad lucrum faciendum, quia turpe est
alium decipere lucri causa, nam ut pulchre habet idem
tullius si alter spoliet aut violet alterum, necesse est ut
disrumpat eam quae maxime est secundum naturam
generis humani, societatem; ut si unumquodque membrum
sensum hunc haberet ut posset putare se valere si proximi
valetudinem ad se traxisset debilitari et interire totum

Corpus necesse sit. Ex quo concludimus inquit Cicero esse falsam ~~Veritatem~~ utilitatem quae tanto detrimento comparatur quanta est mentis sibi bene conscia et tranquilla jactura. hanc ~~tranquillitatem~~ veritatem in anima sua manu Dei omnipotentis inscriptam legit Cicero, sed eandem in Sacris Scripturis legere potuisset; sic enim habet sapiens, noli laborare ut diteris, sed prudentiae tuae pone modum melius est parum cum justitia quam multi fructus cum iniquitate pariter Christus in Evangelio quid prodest homini totum mundum lucretur animae vero suae detrimentum patiatur. igitur non vera, sed fucata est utilitas quae non est cum ~~utilitate~~ honestate conjuncta.

Quaeres utrum bona fortunae et corporis sint vera bona in ordine morali.

Conclusio 2a.

Bona corporis et fortunae in ordine morali spectata proprie loquendo nec bona nec mala sunt.

Pro. nam illud in ordine morali non est proprie bonum quod est indiferens ad esse bonum actu aut malum actu in ordine eodem atq bona corporis et fortunae ita se habent; quod enim bonum evadit in homine probo et malum in improbo, illud est indifferens ad esse bonum actu et malum actu in ordine eodem: atqui sic se habent bona corporis et fortunae; si quidem bona sunt si bene mala vero si male iis utamur. idem dicendum est de malis

naturæ et fortunæ minimum infirmitate et
defformitate corporis paupertate et ignominia, quorum
omnium malitia et bonitas in ordine morali pendent
ex usu.

Quid sit finis

Finis in moralibus est id quod movet et terminat
appetitum. finis est quid primum in intentione
et ultimum in executione.

Finem existere nullum est dubium, si quidem omnia
agunt vel aguntur propter finem cum nihil temere
et fortuito contingat; sed aliquid fieri potest propter
finem duobus modis materialiter et formaliter.

Illud fit propter finem materialiter quod fit ab eo
qui non cognoscit rationem finis et proportionem et
proportionem mediorum ad finem sic fluvius dum excurrit in mare agit
propter finem materialiter, quia fluvius nec finem novit
nec proportionem mediorum ad finem. Illud fit
propter finem formaliter quod fit ab eo qui potest cognoscere finem
et proportionem mediorum ad finem tales sunt actiones
hominis

Quæritur hic a Maxima Theologorum Sophorum
parte quomodo belluæ agant propter finem an
materialiter an formaliter; sed quæstionem hanc
silentio prætermittimus hic tum quia a rebus morali
bus

aliena nobis videtur tum quia solvi non potest nisi prius perspecta fuerit natura et essentia bellicorum; ergo ipsam tradere et explicare non moralis sed phisicae est.

Praeterea aliquid fieri potest propter finem formaliter duobus modis, nempe implicite et explicite. illud fit propter finem formaliter explicite quod fit ab eo qui inter agendum actu et distincte cogitat de fine v. g. ille agit propter finem formaliter explicite, qui dum interest sacris de Deo actu cogitat et de Christi sacrificio quod pro nobis in cruce fuit oblatum. illud fit propter finem formaliter implicite ab eo qui inter agendum, de fine non cogitat. id autem tribus modis fieri potest implicite virtualiter implicite habitualiter et implicite interpretative.

Aliquis dicitur agere propter finem implicite virtualiter, quando aliquid agit non quidem actu cogitans de fine, sed virtute praecedentis cogitationis et actus quia adhuc censetur perseverare hoc modo agit viator, licet non cogitet singulis momentis de eo quo quotendit.

Aliquis agit propter finem implicite habitualiter quando inter agendum esse cogitat de fine nec agit ex sed duntaxat virtute cujusdam consuetudinis, sic plerumque dormientes et amentes agunt.

aliquis dicitur agere propter finem implicite interpretative, quando qui agit ita supponitur affectus, ut si finem ultimum cognosceret, ad ipsum suam actionem referret.

Observa, ut actio dicatur bona moraliter satis non esse agere propter finem implicite habitualiter nec interpretative sed requiritur saltem modus agendi implicite virtualiter.

Rotuplex sit finis

Duplex distinguitur finis finis qui seu finis cujus gratia et finis cui

finis cujus gratia quae dicitur objectiva est illud bonum cujus gratia aliquid fit talis est sanitas propter quam sumitur medicina.

finis cui qui etiam dicitur subjectivus est persona ipsa in cujus commodum aliquid vergit; sic homo egrotans est finis cui remediorum, quia in illius utilitatem preparantur remedia.

finis objectivus duplex distinguitur, nempe intermedius et ultimus. finis intermedius est ille ad quem aliqua referuntur ita ut ipse ulterius referatur; tale est lucrum respectu artificis, talis est sanitas respectu egrotantis. finis ultimus est ille ad quem omnia in omni genere et sub quolibet respectu referuntur: et iterum duplex est nimirum ex natura rei et ex intentione operantis.

finis ultimus ex natura rei est ille ad quem omnia referuntur sive cogites sive non cogites; talis est solus Deus. finis ultimus ex intentione operantis est ille ad quem omnia referuntur ex intentione et beneplacito operantis; tales sunt v.g. divitiae respectu avari, et honores respectu ambitiosae: talis est Deus respectu hominis veri Christiani

Quaeritur hic utrum homo agat propter finem formaliter deinde utrum interagendum possit sibi proponere fines ultimos.

Conclusio 1.a

homo agit propter finem formaliter.

Probatur nam ille agit propter finem formaliter, qui dum agit cognoscit finem et proportionem mediorum cum fine atqui homo dum agit cognoscit finem et proportionem mediorum cum fine; homo enim, interagendum, ex attentione et reflectione ea assumit media quae aptiora et efficacia magis ad finem consequendum existimat ergo &c.

Conclusio 2.a

Homo non potest sibi proponere plures fines ultimos totales.

Pro. nam finis ultimus totalis est ille ad quem omnia in quolibet genere referuntur nec ipse refertur ulterius atqui homo dum agit non potest duos ejusmodi fines sibi proponere nam si homo sibi proponeret duos ejusmodi fines essent simul ultimi

et non hinc forem ex hippotesi non autem forem in rei veritate si quidem ille finis ultimus non est, ad quem omnia referuntur atqui ad neutrum ex illis finibus omnia referrentur. v.g. si supponatur aliquis sibi praestituere honores et divitias separatim tanquam duos fines ultimos neque honores neque divitiae hunc finis simpliciter ultimus quia scilicet in illa hippothesi neque honores ad divitias neque divitiae ad honores referuntur Ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.° pagani colebant plures deos atqui illi Dii plures erant fines ultimi Ergo &c.

Nego minorem siquidem plures illi Dii quos pagani colebant non habent respectu illorum fines ultimi totales sed tantum partiales quidam fines atque etiam intermedii, quia nempe inter illos Deos inaequalitatem honoris et potestatis admittebant et unum quemque Deum singularis duntaxat boni auctorem non omnium bonorum finem et largitorem admittebant hinc cererem segetibus plutonem inferis praeficiebant qua quidem agendi ratione omnem naturae divinae cognitionem pervertebant si quidem in idea entis summe perfecti qualis sit Deus continetur in illud his solum et unicum omnia bona nobis largiri et desideria omnia nostra complere possit.

Obj. 2.° potest quis supponi ita ambitiosus simul et avarus ut non minus sibi ambitiosus et non minus avarus quam si esset ambitiosus tantum et non avarus atqui homo ille

sibi proponeret duos fines ultimos nempe honores et divitias ergo &c.

Dis. majorem sibi proponeret honores et divitias tanquam duos fines ultimos et partiales concedo minorem totales nego minorem ergo &c.

Itaque duplex loco distingui potest finis ultimus totalis et partialis finis ultimus totalis est complexio eorum omnium bonorum, quae propter se expectantur et adque omnia referuntur tanquam ad finem ultimum tales forent honores simul et divitiae respectu hominis jelius qui supponitur tam ambitiosus quam avarus.

Finis ultimus partialis est pars finis totalis tales forent v.g. divitiae solae vel soli honores respectu hominis jelius qui aeque ambitiosus dicitur ac avarus.

Equidem in jela hippothesi homo ambitiosus atque avarus duos sibi proponeret fines ultimos, sed partiales tantum, non totales; quia honores et divitiae simul et ex aequo constituerint finem ultimum jelius hominis ambitiosi et avari: unde sequitur honores et divitias posse duntaxat dici finem ultimum, quando conjunctim sumuntur non divisim.

Adde quod posset absolute negari major, vix enim fieri potest ut quis aeque sit avarus ac ambitiosus, ita ut nec avaritia ambitionem nec ambitio avaritiam vincat.

Quid sit beatitudo

Beatitudo dicitur status quo aliquis ita bene est, ut ipse non possit esse melius; quapropter vocatur finis ultimus summum bonum summa perfectio. hinc definita fuit a boetio status omnium bonorum aggregatione perfectus.

Beatitudinem possibilem esse constat ex vehementi illo beatitudinis desiderio quod ab auctore naturae singulis hominibus inditum fuit: nullus enim est tam ferus tamque barbarus, qui a primo vitae momento ad beatitudinem totis viribus non contendat; quod quidem desiderium cum frustraneum esse non possit, non debet nos impellere ad objectum impossibile

Tria sunt in beatitudine distinguenda, subjectum beatitudinis objectum et actio objecti possessiva. subjectum beatitudinis est ipse homo qui beatus efficitur. objectum beatitudinis est id quod nos beatos sui possessione efficit, et illud vocatur beatitudo objectiva. actio objecti possessiva, qua possidemus objectum quo beati efficimur dicitur beatitudo formalis.

Duplex distinguitur beatitudo supernaturalis et naturalis. supernaturalis est ea quae convenit homini supra naturam suam elevato et ad quam consequendam homo indiget supernaturali auxilio. beatitudo naturalis est ea quae convenit homini secundum naturam sepeta-
to

quamque proprius viribus obtinere posset sine auxilio supernaturali

Veteres phi in pote donis supernaturalibus destituti, nec promissionis spem habentes licet solam beatitudinem naturalem exquisierunt, sed evanescentes in suis cogitationibus in tot errores prolapsi sunt, ut sanctus Augustinus ex varrone 280 de illorum beatitudine opiniones collegerit alii enim in divitiis alii in gloria et potestate alii in corporis commodis nempe valetudine et robore illam posuerunt. quinet non nulli eorum qualis aristippus in illicitis corporis voluptatibus quo nihil turpius beatitudinem sitam sine sensuerunt alii proprius ad veritatem accedentes, quales fuerunt Aristoteles plato et stoici in mortis contemptu animi tranquillitate voluptatum moderatione veritatis cognitione et exercicio virtutis. omnem omnino hominis felicitatem collocarunt. verum in unica conclusione refellantur omnium illorum phorum sententiae sit

Conclusio 1a

Nulla sit his in terris beatitudo

Probatur nam beatitudo sit status omnium bonorum aggregatione perfectus: atqui hoc posito quisque propria experientia compertum habet nullum sine hujus vitae statum qui sibi beatitudinis nomen et rationem vindicare possit; nam nulla intelligitur sine beatitudo ubi infinitis

homo objicitur miseriis nimirum morti aegritudini doloribus fami sitis et caetera omnia atqui nullus est hujusce vitae status, in quo omnes has calamitates non patiatur homo. hinc illud Solonis Chresum alloquentis, nemo ante obitum felix habendus est; ergo &c.

Et certe ibi nulla est admittenda beatitudo, ubi sapientissimus quisque infelicem se profitetur: atqui his in terris infelicem sapientissimus quisque se profitetur. 1.° propter sarcinam corruptibilis carnis quae ex sancto Augustino materia est omnium miseriarum hinc Apostolus infelix ego homo quis me liberabit de corpore? 2.° quia quo quis sanctior est lo magis ipsum praesentis vitae taedet. hinc idem Apostolus desiderium dissolvi est hic cum Christo. 3.° denique quia felicitas in pace posita est sed in perpetuum adversus nosmetipsos est bellum unde Job vita hominis militia est super terram; ergo &c.

Conclusio 2.a

Si qua foret beatitudo naturalis, ea reponenda non esset in bonis creatis, quales sunt v. g. divitiae et honores.

Pro. nam beatitudo debet esse constans et perpetua, solis convenire probis, hominem satiare et omnes excludere miserias: atqui bona creata, quales sunt v. g. divitiae et honores id praestare non possunt; 1.° quia nihil est inconstantius quam opes et divitiae; hinc illud Scripturae psalmo 36. vidi impium exaltatum sicut

Cedros libani, et transivi et ecce non hoc, et quaesivi
eum et non est inventus locus ejus. 2.º Competunt saepius
improbis, unde psaltes agens de improbis Capite 142
promptuaria eorum plena ovis eorum pletosae abun
dantes in egressibus suis boves eorum crassae. 3.º non
excludunt miserias; quod enim sas ambium cruciatus,
sollicitudines, molestiae, lites, rixae, discrimina? hinc
illud sapientiae C. 4.º v. 9.º avarus non implebitur pecu
nia, et qui amat divitias fructum non capiet ex iis
hoc &c.

Deinde nulla quoque reponenda est beatitudo
in honoribus, id est, in potestate, nobilitate laude, fama
et claritate, quae omnia honoris nomine continentur.
nam beatitudo talis hic debet, ut illius possessione homo
satietur, et illa adepta nullum bonum necessarium
ipsi desit: atqui honorum possessione irritatur potius
appetitus hominis, quam satiatur, et adeptis honori
bus multa bona homini necessaria deesse possunt v.g.
scientia virtus sapientia &c. hoc nulla beatitudo hic repo
nenda in bonis creatis.

Quod spectat ad aristippum, qui fertur in felicitate
corporis voluptatibus beatitudinem felicitatem collocasse, indigna
est haec opinio quae sicut repellatur itaque nullibi repon
enda est hominis beatitudo quam in solo deo: unde illud
Augustini, fecisti nos ad te, domine, et irrequietum est
cor nostrum donec requiescat in te.

tria in beatitudine diximus hic distinguenda objectum subjectum et objecti possessionem de subjecto beatitudinis nulla est difficultas ex consensu enim omnium est ipse homo aut quaelibet alia substantia cognitionis particeps igitur agendum est 1.° de beatitudine objectiva 2.° de beatitudine formali

De Beatitudine objectiva.

Beatitudo objectiva est ipsum objectum cujus possessione beati efficimur.

Conclusio

Solus Deus est beatitudo objectiva hominis

Probatur nam beatitudo objectiva hominis est bonum perfectissimum expetibile propter se ad quod omnia referuntur et perfecte sationi facultates hominis: atq solus Deus est ejusmodi; 1.° est bonum perfectissimum, si quidem nihil perfectius aut melius Deo excogitari potest cum sit substantia infinite perfecta. 2.° est expetibilis propter se, quia est finis ultimus, cum enim sit independens et nullam habeat causam, ad aliud referri non debet 3.° ad Deum referuntur omnia, si quidem illud est de ratione finis ultimi 4.° denique perfecte sationi hominis facultates nimirum intellectum et voluntatem, suprema enim veritas et suprema bonitas debent sationi intellectum et voluntatem hominis:

atqui Deus complectitur in se supremam veritatem et supremam bonitatem in constat ex iis quae disputata sunt in metaphisica circa naturam Dei.

Et certe Deus est beatitudo objectiva hominis vel res creatae atqui ex probatis res creatae non sunt beatitudo objectiva hominis; siquidem illum felicem efficere nequeunt: unde sanctus bernardus anima rationalis ad imaginem Dei creata caeteris rebus occupari potest, nunquam vero satiari. et Augustinus fecisti nos ad te domine et irrequietum &c.

Denique homo satiari tantum et beari potest ab Deo, qui potest in animam nostram animae que facultates physice agere, atqui solus Deus id potest quem admodum docet metaphisica; ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1º in eo cita non est beatitudo hominis quod ab homine possideri non potest: atqui Deus non potest ab homine possideri; ergo &c.

Dis. maj. in eo cita non est beatitudo hominis quod ab ipso non potest possideri possessione vitali et objectiva con. maj. civili et juridica nego maj. atqui &c.

itaque duplex distingui debet possessio, nempe civilis et juridica et possessio vitalis atque objectiva. possessio civilis et juridica est ea qua jus habemus et

Dominium in rem possessam talis est possessio agri.
possessio vitalis et objectiva, quae etiam dicitur phisica, est
actio qua facultas circa suum objectum versatur, v.g.
visus circa colores, auris circa sonos intellectus circa
intelligibile et voluntas circa amabile.
Equidem beatitudo in eo cita non est quod non potest
ab homine possideri possessione vitali et objectiva, at
vero reponi potest in eo quod sileri nequit possessione
civili et juridica: porro Deus non potest quidem possi
deri ab homine possessione civili et juridica, quia
homo nullum habet jus et dominium in Deum; at vero
Deus potest ab homine possideri possessione vitali et
objectiva, quia homo intellectu et voluntate circa
Deum jucunde versari potest et illo frui.
Ins. ut Deus possideretur ab homine possessione vitali
et phisica deberet esse proporsio quaedam Deum inter
et mentem humanam atqui Deum inter et mentem
humanam nulla requiritur proporsio quia infinito
ad infinitum nulla est proporsio ergo &c.
Dis. maj. deberet esse proporsio objectiva et habitudinis
con. maj. entitatis nego majorem atqui &c.
itaque duplex distinguitur proporsio nimirum
entitatis et habitudinis proporsio entitatis est proporsio
rei ad rem seu similitudo entitatis et naturae proporsio

habitudinis ex ordo potentiæ ad obectum et objecti ad potentiam
seu continentia alicujus intra limites objecti specificativi
potentiæ.

Equidem ut Deus posset possideri ab homine deberet
quædam sue proporsio habitudinis et objectiva Deum
inter et mentem humanam; at vero non debet sue
proporsio sutitatis: porro nulla sit quidem proporsio
sutitatis, id est, similitudo sutitatis et naturæ Deum
inter et mentem humanam sedatur proporsio hab
itudinis et objectiva. nam ibi sit proporsio habitudinis
ubi sit ordo potentiæ ad objectum et objecti ad potentiam:
atqui Deum inter et mentem humanam datur ejus
modi ordo; si quidem mens humana sit intellectiva
et amativa; Deus vero sit summe intelligibilis quia
sit maxime verus, et summe amabilis, ut pote
nobis maxime conveniens; ergo &c.

Ms. atqui Deum inter et mentem humanam
nulla sit proporsio habitudinis: nam proporsio habitudinis
fundatur in proporsione sutitatis: atqui ex concessis nulla sit
proporsio sutitatis inter Deum et mentem humanam; ergo
&c.

Nego subsumptum ad cujus probationem nego majorem
illa enim proporsio fundatur quidem in entitate quatenus
habet vim intelligendi et amandi non vero in proporsione
sutitatis. igitur fundatur duntaxat in proporsione potentiæ
ad objectum, et objecti ad potentiam.

Ms nulla sit proporsio habitudinis sine proporsione entitatis; atqui &c. ergo &c.

Dis. maj. sine proporsione aliqua et remota intitatis con. maj. proxima et omnimoda nego maj. atqui &c. distincta pariter minore nego consequentiam

itaque inter deum et mentem humanam non sit proxima et omnimoda proporsio intitatis, si quidem natura et intitas Dei longe differt ab intitate et natura mentis humanae, sed datur aliqua proporsio intitatis saltem remota, 1.° quia Deus et mens humana convenium in ratione entis; 2.° in ratione substantiae; 3.° in ratione spiritus.

Ms licet auditus sit sensitivus et color sensibilis, non datur proporsio inter auditum et colores; ergo licet intellectus sit intellectivus et Deus intelligibilis, non idcirco datur proporsio deum inter et intellectum.

Nego consequentiam et paritatem ratio disparitatis est quod auditus sit facultas limitata et restricta ad illud tantum sensibile cujus impressiones cadunt in jelius organum. at vero intellectus sit facultas universalis nullo restricta organo; ergo licet auditus non possit versari circa omne sensibile, attamen intellectus potest versari circa omne intelligibile, et voluntas circa omne amabile.

Obj. 2.° objectum infinitum non potest attingi a facultate finita: atqui Deus sit objectum infinitum, facultates

nostræ finitæ sunt; ergo &c.

Dis maj. objectum infinitum non potest attingi a facultate finita adequate et modo infinito Con. maj. inadequate et modo finito nego majorem atqui &c. Concessa minore et districto pariter Consequente nego Consequentiam.

itaque Deus est totum infinitum, facultates vero nostræ sunt finitæ; proindeque Deus non potest attingi adequate et modo infinito a mente humana, quia hoc modo solus Deus se ipsum Cognoscit; unde dicitur incomprehensibilis et habitare lucem inaccessibilem; at vero Deus potest inadequate et modo finito Cognosci a mente humana.

Ms tam repugnat potentiam finitam, quales sunt intellectus et voluntas posse versari circa objectum infinitum quam Causam finitam posse producere effectum infinitum atqui &c. ergo &c.

Nego maj. et paritatem ratio disparitatis est quod Causa debet Continere perfectiones sui effectus, si quidem debet sine saltem æque perfecta ac ipse effectus, proindeque si effectus esset infinitus, Causa deberet esse infinita; at vero potentia Cognoscens et potentia amans non debent Continere totam objecti Cogniti et amati perfectionem; v.g. potentia visiva non Continet perfectiones objecti visi; proindeque quamvis objectum sit infinitum potest Cognosci a potentia finita.

Adde quod effectus infinitus in suis perfectionibus

repugnat omnino, unde major supponit falsum.
Ins. facultas specificatur ab objecto; ergo si intellectus versatur circa objectum infinitum, ipse debet esse infinitus.
Dis. Antecedens facultas specificatur extrinsece ab objecto con. antecedens intrinsece nego Antecedens dis. etiam consequens si objectum sit infinitum intellectus debet dici infinitus extrinsece et ratione objecti con consequenti intrinsece et ratione sui nego consequentiam
Itaque facultas specificatur tantum extrinsece ab objecto proinde quae si illius objectum sit infinitum ipsa dici potest infinita intrinsece ex parte vero objecti at vero non specificatur ab objecto intrinsece, quia ex eo non constat tanquam ex parte intrinseca et essentiali, et consequenter licet objectum sit infinitum potentia semper remanet finita ratione sui intitative et intrinsece
Obj. 3.o illud non est beatitudo hominis quod ab homine non appetitur naturaliter atqui Deus non ab homine appetitur naturaliter illud enim duntaxat naturaliter appetitur quod naturae viribus obtineri potest: atqui Deus naturae viribus ab homine nequit obtineri; ergo &c.
Nego minorem nam illud naturaliter appetitur ab homine quod illius naturae maxime congruit: atqui Deus hominis naturae maxime congruit si quidem homo ad imaginem et similitudinem Dei fuit efformatus

ad Deum cognoscendum et amandum unde sic allo
quitur Deus sanctus Augustinus fecisti nos ad te domine
et irrequietum est cor nostrum. &c

Ad probationem minoris negatae nego majorem.
ut enim aliquid a nobis naturaliter expetatur, satis est quod
sit nostrum bonum et naturae nostrae conveniens quocunque
tandem modo illud obtineri possit: atqui Deus est nostrum
summum bonum cum solus possit satiare et explere
facultates mentis humanae.

Ins: nullus est a natura concessus appetitus ad impossi
bile: atqui quod naturae viribus obtineri non potest illud
est impossibile; ergo &c.

Dis. maj. nullus est a natura concessus appetitus ad id,
quod est impossibile simpliciter et absolute con. maj. naturae
tantum viribus nego maj. atqui &c distinctae pariter
minore nego consequentiam

Itaque nullus datur appetitus ad id quod est absolute
et simpliciter impossibile sed dari potest appetitus ad
id quod est impossibile sub aliquo tantum respectu
modo ut sit conveniens naturae humanae ponor bea
titudo seu felicitas aeterna impossibilis quidem est
viribus naturae humanae sed fit possibilis per gratiam
Domini nostri Jesus Christi.

Et certe datur appetitus naturalis ad id cujus habendi
sumus naturaliter capaces quocunque modo illud opti
neatur: atqui felicitatis aeternae quamvis per gratiam

tantum optineatur Summus naturaliter capaces non secus ac ipsius gratiae naturaliter capax est anima, juxta illud Augustini posse habere fidem, sicut posse habere caritatem, naturae est hominum; habere autem fidem, sicut habere caritatem est gratiae fidelium; ergo &c.

Obj. 4.° Summum sensibile puta sol non potest oculis directe conspici; ergo a pari summum intelligibile et summum amabile qualis est deus, non potest intuitive attingi a facultatibus mentis humanae, nimirum intellectu et voluntate &c.

Nego consequentiam et paritatem ratio disparitas est quod oculus est facultas corporea quae consistit certo quodam motu et certa quadam mechanica partium dispositione quam dedit et destruit nimia commotio et vehementior motus radiorum solis; at vero facultates mentis humanae, nimirum intellectus et voluntas sunt omnino spiritales unde nulla est paritas inter oculum et facultates mentis.

Obj. 5.° illud non satiat appetitum hominis quo obtento restat aliquid obtandum: atqui obtento deo aliquid super est obtandum, licet enim beatae mentes deo fruantur attamen primo appetunt conjunctionem cum suis corporibus 2.° desiderant omnium hominum salutem; ergo &c.

Dis. maj illud non satiat appetitum hominis quo obtento restat aliquid optandum cum Anxietate et Sollicitudine sed maj sine anxietate et Sollicitudine nego maj. atqui &c.

Itaque Dum beatae mentes Deo fruuntur appetitum adhuc conjunctionem cum suis corporibus et deriderant salutem omnium hominum sed illud fit sine ulla Anxietate et Sollicitudine, cum per possessionem Dei summa voluptate perfundantur juxta haec scripturae verba inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis los

Obj. 6º. bona creata possunt satiare appetitum hominis ergo non solus Deus est beatitudo objectiva hominis.

Lego antecedens. nam bona finita caduca et mutabilia non possunt hominis satiare appetitum: atqui bona creata fragilia sunt et immutabilia unde illud ovidii

„Ius et est subito, qui modo crescuerat.

Praeterea quoquis magis abundat, ho majori sollicitudine et cura agitatur: unde hora tuis, crescentem sequitur cura pecuniam, majorumque fames. quare sapiens in scriptura sacra sic habet avarus non implebitur pecunia aqui amat divitias fructum non capiet exiis: hinc etiam Amos propheta Vae qui opulenti estis in Sion.

Ins. bona finita possunt satiare appetitum finitum

atqui appetitus hominis sit finitus ergo &c.

Nego maj. nam bona finita sunt bona creata, atqui bona creata non possunt satiare facultates mentis humanae siquidem bona quae non possunt agere in animam nostram non possunt satiare facultates mentis humanae atqui bona creata non possunt agere in animas nostras vel enim sunt corpora vel spiritus si corpora fuerint passiva sunt et cujuslibet actionis incapacia si spiritus, possunt ad intra tantum agere quamobrem solo objecto infinito sisti et satiari possunt mentis humanae facultates, quo fit ut in possessione omnium bonorum creatorum semper sit aliquid homini expetendum; quod et ipsi agnoverunt pagani in umbra mortis sedentes hinc illa horatii verba

" non domus et fundus, non aeris acervus et auri
" aegroto domini deduxit corpore febres
" non animo curas.

Obj. 7.° Summum malum consistit in doloribus; ergo summum bonum consistit in voluptatibus.

Dis. Antecedens summum malum consistit in doloribus animae con. antecedens corporis nego Antecedens ergo &c.

Itaque non corporis sed animi dolores et cruciatus miserum efficiunt hominem; ita a pari non corporis, sed animi voluptates ipsum beatum et felicem possunt efficere hinc sit quod saepe visi sunt martires medios inter cruciatus frui summa pace et animi tranquillitate. praeterea agitur ibi de

beatitudine objectiva, id est, de hoc objecto cujus possessione homo fit beatus: porro tales non sunt voluptates corporis, proinde que &c.

Obj. 8.º illud est beatitudo objectiva hominis, quod reddit hominem Deo similem: atqui potestas et dominium reddunt hominem Deo similem; ergo in potestate et dominio reponenda est beatitudo objectiva hominis.

Dis maj. illud est hominis objectiva beatitudo, quod reddit hominem similem Deo ut beato Con. maj. Deo ut supremo omnium domino et ergo maj. atqui &c.

Itaque potentia et dominio homo accedit ad Dei similitudinem quatenus Deus est supremus omnium dominus, non vero quatenus est beatus; si quidem Deus non est beatus precise quia supremum habet in res creatas dominium sed quia se ipsum cognoscit et amat sic que suis perfectionibus delectatur. pariter homo non fit beatus potentia et dominio immo saepe et infelicior est quo in majori potentia et dignitatis gradu authoritatis constitutus. unde illud juvenalis satira decima de Alexandro qui devicta armis tota Asia et in suam potestatem redacta flevisse fertur cum audivisset alium ultra mare existere orbem.

" unus pellaeo juveni non sufficit orbis
" aestuat infelix Augusto limite mundi.

De beatitudine formali.

Beatitudo formalis hæ dictis, est actio qua possidemus objectum quo beati efficimur, quæ quidem actio nihil aliud est quam fruitiva Dei possessio per quam homo jucunde et perfecte adherescit Deo tanquam fini ultimo; jam vero duplici facultate nimirum intellectu et voluntate potest homo Deo frui et illi adherere: nam cæteræ facultates sunt potentiæ sensitivæ hominis circa corporea et sensibilia objecta versantur; quapropter beatitudo formalis necessario collocanda est in actione intellectus aut voluntatis, aut utriusque simul.

Duæ sunt actiones quibus illæ facultates possunt versari circa Deum et illi intime conjungi, nimirum cognitio et amor.

Cognitio duplex solo loci distinguitur, nempe abstractiva et intuitiva; cognitio Dei abstractiva est la quæ ex creaturis habetur, de ea cognitione loquitur Apostolus dum dicit, invisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Vocatur etiam visio per speculum et in enigmate. Cognitio Dei intuitiva est la quæ per ipsam met Dei essentiam immediate et per sensum intimum fit in nobis. de ea cognitione loquitur Joannes cum ait, tunc si similes erimus, quando videbimus eum sicuti est.

aliter dicitur visio dei a facie ad faciem ibi quaestio non
est de cognitione abstractiva sed intuitiva.

Duplex pariter distinguitur amor mini rum concupis
sentiae et amicitiae. amor concupiscentiae is est, quo aliquid
amamus propter commodum nonnullis redundans; de illo amo
re non agitur quia cum ad nos tanquam ad finem refere
tur et terminetur non est actio qua fini ultimo et incom
mutabili bono adheremus. amor amicitiae seu benevolen
tiae est ille, quo aliquid amamus propter intrinsecam
illius bonitatem absolute sumptam et nulla habita
ratione nostri commodi. amor amicitiae dicitur amor
complacentiae ex amore nascitur gaudium quod duplex
in beatis distinguitur nempe directum et reflexum.
Gaudium directum dicitur illud quod in deum dirigitur
et quo beati deum suaviter degustant ipso fruuntur, in
eo gaudent et quiescunt. gaudium reflexum est illud, quo
beati de sua felicitate laetantur, dum in eam animum
convertunt seu reflectunt. a nonnullis dicitur gaudium
de gaudio et possessione. quemadmodum enim intellectus
habet cognitiones reflexas quibus alias perfectiones
percipit voluntas non tantum amor bonum sed etiam
amorem amor nec tantum gaudet seu conquiescit in
bono sed etiam gaudet de illo priori gaudio seu de fruitiva
dei possessione.

Certum est beatitudinem formalem non esse in Gaudio reflexo seu in illa delectatione quae concipitur ex fruitiva Dei possessione ut pote quae non habet Deum ipsum pro objecto, sed potius possessionem seu amorem quo beatae mentes in Deum feruntur. quare ibi non disputatur de Gaudio et delectatione quae nascitur in beatis mentibus ex possessione Dei. sed quaeritur duntaxat quamnam actione debeat possideri Deus ut beatus fiat homo. triplex est sententia.

1.a Est Thomistarum qui volunt beatitudinem formalem in sola visione seu cognitione Dei intuitiva esse reponendam 2.a est Scotistarum qui contendunt eam sistere in solo amore 3.a denique est eorum qui collocant beatitudinem formalem in cognitione simul et amore huic sententiae, quae est Sancti Bonaventurae subscribimus quare sit

Conclusio

Beatitudo formalis ponenda est in cognitione Dei intuitiva simul et amore fruitivo.

Probatur nam in iis cita est beatitudo formalis, sine quibus nec esse nec concipi potest summi et immutabilis boni fruitiva possessio qua homo fiat beatus: atqui sine cognitione et amore fruitivo nec esse nec concipi potest summi et immutabilis boni fruitiva possessio qua homo fiat beatus. 1.o sublata cognitione non amplius homo intelligitur beatus cum ille beatus dici nequeat qui ignorat illud objectum cujus praesentia beari possit. 2.o homo non intelligitur

etiam beatus sine amore fruitivo: si quidem amor ille nihil aliud est quam actus quo beatorum mentes summo et immutabili bono suavissime adherescunt, et quidquid in se voluptatis est summum pro modulo suo summa jucunditate degustant atqui sine ejusmodi amore quispiam beatus fieri non potest quomodo enim quis censeatur beatus, qui non amat quod cognoscit et intuetur; quapropter sanctus Augustinus de moribus Ecclesiae Capite 3.o de beatitudine agens sic habet, beatus ille dici non potest, qui non habet quod amat, quale cunque sit; neque qui non amat quod habet et sit sit optimum. nam qui appetit quod adipisci non potest, cruciatur, et qui non appetit quod appetendum est, lo rotat: nihil autem horum animae contingit sine summa miseria; ergo beata vita est dum quod homini optimum est, et habetur et amatur.

Et certe ut homo sit beatus, Deus ab ipso possideri debet ut prima veritas et ut 1.a Bonitas: atqui per cognitionem possidetur ut 1.a veritas et per amorem ut 1.a Bonitas, ergo &c.

Solvuntur Objectiones.

Objicies 1.o in hoc solo reponenda est beatitudo formalis quod est quid 1.um in ipsa: atqui cognitio intuitiva est quid 1.um in beatitudine amor vero est quid posterius, prius enim est aliquid cognosci quam amari, ergo &c.

Dis. maj. in hoc solo reponenda est beatitudo formalis, quod est quid 1.um in ipsa et tota ejus essentia, Con. majorem

et pars tantum jelius nego maj: atqui &c distincta
pariter minore nego consequentiam
itaque cognitio est quid 1.um in beatitudine sed non est
tota jelius essentia sicut substantia non est tota essentia
spiritus, licet sit quid 1.um in ipso; quapropter praeter
cognitionem requiritur amor ad beatitudinem quamvis
enim mens humana cognoscat Deum attamen jelli
jucunde non adherescit nisi per amorem fruitivum
seu complacentiae; porro nemo intelligitur beatus,
nisi summo bono quod cognoscit suavissime et jucun
dissime per amorem adhereat.
Ins. Cognitio debet spectari tanquam tota essentia
beatitudinis, si amor sit proprietas cognitionis: atqui
res ita est; quia summum bonum qualis est Deus, non
potest cognosci quin ametur.
Nego minorem minimum quod amor sit proprietas
cognitionis, nam proprietas entis cujusquam ab eo
ente fluit et manat necessario tanquam a principio
et fonte: atqui amor non profluit a cognitione
tanquam a principio cum cognitio per se non
semper producat amorem, sed sit tantum conditio
sine qua non esset amor.
Ins. Beatitudo formalis est possessio Dei: atqui Deus
per cognitionem possidetur, ergo &c.

Dis maj. beatitudo formalis est possessio dei finitiva quatenus est prima veritas et prima bonitas. Con. maj. possessio dei qualis cumque nego maj. atqui &c distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque beatitudo formalis non est qualiscumque dei possessio, sed possessio dei ut est 1.a veritas et 1.a bonitas: porro per solam cognitionem Deus possidetur ut 1.a veritas, non autem ut 1.a bonitas; igitur praeter cognitionem requiritur amor.

Ins. miseria damnatorum oritur ex sola privatione visionis dei. ergo a contrario felicitas beatorum oriri debet a sola visione, id est cognitione dei intuitiva.

Nego antecedens si enim miseria damnatorum oriretur a sola privatione visionis seu cognitionis intuitivae dei, omnes damnati forent aequaliter infelices, quia aequaliter privantur visione dei intuitiva, atqui damnati non sunt aequaliter infelices, ut patet ex illis scripturae verbis matthei capite 11 versu 22 verumtamen dico vobis tyro et sidoni rem issuis sit in die judicii quam vobis.

Obj. 2.o in se reponenda est beatitudo formalis in quo reponitur a scriptura sacra: atqui beatitudo in sola visione reponitur a scriptura sacra, v.g. Christus in evangelio sic habet haec est vita aeterna ut cognos

cum te solum Deum verum et quem misisti Jesum
Christum; pariter Joannes c. 14 de sola visione
loquitur, ostende inquit philippus Christum alloquens,
patrem tuum et sufficit nobis. item davidis psalmis;
ostende faciem tuam et salvi hiemus; ergo &c.
Ego minorem equidem in locis quae laudantur
fit mentio visionis et cognitionis dei intuitivae; at
vero sunt alia loca bene multa in quibus scriptura
loquitur de solo amore et gaudio, ut videre est in
istis, v. g. apud matthaeum intra in gaudium domini
tui et psalmo trigesimo quinto inebriabuntur ab ubertate
domus tuae et torrente voluptatis tuae potabis los.
igitur scriptura non agit de lo precise in quo consistit
beatitudo formalis, sed prout se dat occasio facit men
tionem eorum omnium quae in beatitudine reperi
untur sive beatitudini praemittantur sive eam
subsequantur tanquam appendices sive denique
eam formaliter constituant; quare indifferenter
loquitur modo de visione, modo de amore et gaudio,
id que eo magis quod visio dei intuitiva nunquam
occurrat sine amore et gaudio caeterisque omnibus
quae instar appendicis sequuntur beatitudinem.
Obj. 3.° beatitudo consistit in eo, quod reddit objectum
praesens atqui visio reddit objectum praesens; ergo &c.

Dis maj beatitudo Concistit in loquod reddit objectum praesens intentionaliter et affective Con maj. intentionaliter tantum nego maj atqui &c distincta pariter minore nego Consequen itaque aliquid potest fieri praesens duplici presentia nimirum affectiva et intentionali illud dicitur praesens affective quod Conjungitur per amorem et affectum quod fit per propensionem voluntatis in rem amatam. illud fit praesens intentionaliter quod alteri Conjungitur per Cognitionem. sic objectum fit praesens menti dum Cognoscitur, sive illa Cognitio fiat per attentionem ad ideam representativam objecti vel ad sensationem per illud objectum in mente excitatam.

Sequidem beatitudo formalis Concistit in loquod reddit objectum praesens affective simul et intentionaliter non vero intentionaliter tantum Cum ille beatus dici non possit qui non amat quod videt et Cognoscit; pono per Cognitionem objectum redditur praesens intentionaliter tantum ut patet; quapropter requiritur praeterea amor, quo voluntas in objectum feratur illique jucunde et suavissime adhereat

Obj. 4°. quod abstrahit a praesente et absente, illud non reddit objectum praesens: atqui amor abstrahit a praesente et absente; ergo &c.

Dis. minorem amor generice sumptus abstrahit a praesente et absente Con. minorem amor specifice

sumptus, id est fruitivus nego minorem hoc &c.
itaque amor generice sumptus abstrahit a presente
et absente siquidem fertur in res absentes aeque ac presentes;
at vero amor fruitivus postulat objectum praesens; hoc
enim amore voluntas suo objecto intime conjungitur
et ipsi jucunde adherescit quod fieri nequit nisi sit objec
tum praesens: hinc sanctus Thomas de hoc amore
agens dicit intellectum animae, quia intellectu objec
ta ad nos rapimus et adducimus; voluntatem vero
hic pedem animae, quia voluntate currimus ad obje
cta.
Ins. si per amorem possideretur Deus et fieret praesens
justi in hac vita forent beati: atqui id dici non potest;
hoc &c.
Dis maj. si per amorem viae et desiderii possideretur
Deus et fieret praesens justi hac in vita forent beati con
maj. si per amorem patriae et fruitivum duntaxat
nego maj. atqui &c distincta pariter mi. nego consequ
itaque licet per amorem viae qui etiam caritas viae
dicitur, deum possidere incipiat homo in spe et voto,
attamen per solum patriae amorem, ut pote fruitivum,
intime Deo conjungimur et summa ab ipso perfun
dimur voluptate.
Ins. atqui beatitudo consistere non potest in amore
fruitivo. nam amor ille in complacentia seu quies

quædam voluntatis in bono possesso atqui beatitudo formalis
non est quies; nam beatitudo formalis consistit in actione perfec
tissima. atqui quies non est actio sed cessatio ab omni
actione; ergo &c.

Dis minorem ultimi syllogismi qui est sumpta
pro termino motus localis seu motus corporum est
cessatio ab omni actione concedo maj. qui est sumpta
pro termino actionum voluntatis nego minorem
ergo &c.

Itaque amor fruitivus et complacentia volun
tatis in bono possesso potest appellari quies metaphora
ducta a quiete corporum, quia habet aliquid quo
convenit cum quiete corporum; sicut enim corpus
quod movetur, quando pervenit ad terminum ultra
non movetur, ita quando voluntas finem sibi prop
ositum assecuta est non amplius movetur in finem
motu desiderii nec ultra adhibet media ad finem con
sequendum: porro ultra non adhibere media est aliquo
sensu quiescere; verum illa animi et voluptatis quies
in hoc differt a quiete corporum quod postquam anima
suum adepta est bonum circa illud pergit agere multis
modis, nimirum illo fruendo et illius suavitatem deg
ustando; hic autem ultimus actus, qui positivus est
et animæ jucundissimus, quies appellatur.

Q. 5.° si beatitudo formalis consisteret in amore fruitivo,

unde necessario consequitur gaudium tristitia tolleret beatitudinem: atqui id falsum est; nam Christus dum versaretur inter homines, fuit beatus: attamen tempore passionis dixit ipse tristis est anima mea usque ad mortem; ergo &c.

Dis. maj. si beatitudo formalis consisteret in amore fruitivo unde necessario consequitur gaudium tristitia de privatione visionis Dei destrueret beatitudinem con maj. tristitia de ingratitudine et peccatis hominum nego maj. atqui &c distincta pariter nim. nego conse

Itaque sicut duplex distinguitur gaudium alterum de Deo quem possidemus et alterum de possessione bonorum creatorum ita duplex distingui potest tristitia altera de Deo perdito seu de privatione visionis Dei altera de jactura bonorum creatorum. equidem tristitia de privatione visionis Dei tollit beatitudinem non vero de jactura bonorum creatorum, quia tollit duntaxat gaudium de bonis a Deo distinctis in quorum possessione non est beatitudo: porro tristitia Dei spectabat peccata et ingratitudinem hominum.

Praeterea dici potest illam tristitiam qua premebatur Christus dominus licet comprehensor dum degebat in terris qualiscumque fuerit in appetitu sensitivo seu in parte hominis inferiori fuisse positam, dum

gaudium in voluntate seu in parte animae superi
ori regnabat. quod quidem sine singulari miraculo
et dispensatione divina fieri non potuit.

Adde quod non ita certum est Christum ante mortem
fuisse beatum et comprehensorem; non nulli enim
Theologi aliter sensium quorum sententiae et opi
nioni favent illa verba Christi discipulos Alloquentis
luce Capite 24 versu 25 O stulti et tardi corde ad
credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae!
nonne haec oportuit pati Christum et ita intrare in
gloriam suam?

Ins. si beatitudo consisteret in amore unde consequitur
Gaudium cum istud Gaudium sit quaedam sasietas omnis desiderii
beati forent ex equo felices nam illi sunt aequaliter feli
ces qui sunt aequaliter satiati atqui beati forent aequaliter
satiati ergo &c.

Dis maj. illi sunt aequaliter felices, qui sunt aequaliter
satiati positive con. maj. negative nego maj. atqui &c.
distincta pariter minore nego consequentiam

itaque duplex distingui potest satietas positiva et nega
tiva satietas positiva est la quae posita est in sensu omni
is expleti desiderii sive in sensu quo quisque sentit sibi
bene esse ut non possit esse melius satietas negativa
posita est in privatione omnis inquieti desiderii

Equidem satietas negativa aequalis est in omnibus beatis
quia nullus eorum anxius est et inquietus; at vero sas
ietas

positiva non sit aequalis in omnibus beatis siquidem haec
Satietas oritur ex Cognitione Dei intuitiva et amore fruitivo.
quo enim perfectiores sunt illi duo actus in beatis, eo perfec
tior est in ipsis Satietas positiva: illud a non nullis Theolo
gis explicatur exemplo duorum hominum qui Cibum
eundem Capiunt et quorum quisque pro sua fame
et Stomachi Capacitate Cibum sumit ad Sasietatem;
ita tamen ut his Cujus perfectior est gustus, Stomachus
que Capacior perfectius sibi Suavitatem percipiat et deg
ustet; alter vero Cujus gustus est obtusior et Stomachus
Angustior, quamvis nec tantam quantam prior, volu
ptatem sensiat nec tantam Ciborum Copiam sumat
attamen ita satiatur ut alteri non invideat et sit
sua sorte Contentus.

Quaeritur quaenam sint beatitudinis proprietates.

Res. praecipuas beatitudinis proprietates sine immuni
tatem abomni peccato et miseria, summam animi
tranquillitatem parem et faudium de deo Cognito et amato sine
ullo illius amittendi metu nam ex dictis initio hujusce
disputationis beatitudo est status omnium bonorum
aggregatione perfectus quo ita bene est homini, ut ipsi
non possit esse melius: atqui ex illo Statu oriuntur
omnes illae quas enumeravi proprietates; si enim
quaedam deessent jam non amplius foret status
quo homini ita bene est ut non possit ipsi esse melius.

De Principio dirigente Actuum humanorum seu de Legibus

Principium dirigens actuum humanorum est lex qua deus dirigitur in iis quae ipsi sunt Agenda. agemus primo De natura legis, secundo de ejus proprietatibus, 3º de illius speciebus

De natura legis

Lex dicitur vel a ligando, quia ligat et obligat vel a legendo, quia debet legi et promulgari iis quibus imponitur.

Lex generatim dicitur regula quaedam agendorum et omittendorum. unde duplicia sunt generis praecepta legis alia quae bonum imperant et vocantur positiva atque affirmativa quale est istud, diliges dominum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua et ex totis viribus tuis; proximum autem sicut te ipsum alia sunt praecepta quae malum prohibent et vocantur negativa talia sunt ista non occides non furaberis haec praecepta tum affirmativa tum negativa his verbis comprehenduntur declina a malo et fac bonum

Lex definitur a Sancto Thoma ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui curam habet communitatis promulgata. 1º lex dicitur ordinatio rationis

quia res injustæ et indecoræ non debent lege sanciri.
2.° dicitur ab eo qui curam habet communitatis, quia
solius est principis et eorum qui illius nomine cæteris
præsunt leges imponere. 3.° denique dicitur promulga
ta quia lex debet innotescere iis quos obbligat. atqui sola
promulgatione lex innotescit; ergo &c.

Quæritur utrum lex sit actus intellectus aut volun
tatis.

Res. legem esse simul actum intellectus et voluntatis,
quia duo sunt munera legis; 1.° debet eos quibus impo
nitur dirigere in iis quæ sunt agenda et omittenda.
2.° debet astringere, alioqui nullum esset discrimen
inter consilium et præceptum seu legem: atqui actus
quo homines diriguntur ad id quod bonum est pertinet
ad intellectum, siquidem solius est rationis, inquit
sanctus thomas ordinare in finem deinde actus quo
homines astringuntur ad id quod bonum est pertinet
ad voluntatem: nam ex eodem sancto thoma ratio
obtinet vim movendi a voluntate; ergo lex duos dicit
actus, nempe judicium rectum de rebus agendis et volun
tatem astringendi subditos

Q. 2.° utrum promulgatio sit de ratione legis.

R. affirmative nam lex est regula agendorum et amitt
endorum igitur illa regula debet applicari: porro sola promulg
atione lex applicari potest. 1.° quia lex ordinem habet
ad communitatem cui proinde stricto vel voce mani
festari

oportet 2°. quia lex est praeceptum, sed praeceptum ut obliget debet iis denunciari quibus imponitur alioquin possent ignorantiam praetexere

Dices lex naturalis non indiget promulgari ergo &c.

Ego Antecedens lex enim naturalis promulgata fuit quando Deus eam inscripsit in mentibus omnium hominum.

Quaeritur 3°. utrum lex referatur necessario ad bonum commune.

Res. ita esse id patet ex definitione legis, ubi dicitur ordinatio rationis ad bonum commune. deinde bona particularia referuntur ad bonum commune et ipsi post poni debent; quare si lex aliqua detrimento boni communis astrueret bonum particulare, injusta censeretur.

De proprietatibus legis

Proprietates legis vulgo numerantur obligatio, mutatio, interpretatio, promulgatio et acceptatio.

Obligatio legis est moralis necessitas agendi id quod imperatur, et omittendi id quod prohibetur, ita ut subditus, si legi adversetur, reus fiat.

Mutatio legis, quae tamen omni legi non convenit, duplex distinguitur, altera qua lex omnino tollitur, altera qua lex ollitur ex parte.

Prior duplex est scilicet irritatio et abrogatio. irritatio est mutatio qua lex tollitur Atque non obligare ceperit, v.g.

si lex quae post tres menses obligatura erat ante tempus illud revocetur.

abrogatio est mutatio qua lex, quae prius obligabat, tollitur omnemque vim amittit.

Posterior mutatio, qua lex ex parte tantum tollitur, quadruplex vulgo numeratur, nimirum derogatio, dispensatio, suspensio et privilegium.

Derogatio est mutatio qua lex ex parte tollitur, v.g. si lex quae praecipit abstinentiam et gegunium, desinat obbligare quoad gegunium, retinendo vim suam quantum ad abstinentiam. dispensatio est juris relaxatio, qua quis solvitur ab obligatione legis, dum robur adhuc suum retinet respectu aliorum hominum.

Suspensio legis est mutatio, qua ejus obbligatio tollitur per aliquod tempus post illud reditura v.g. si obligatio solvendi vectigalis ad aliquos annos tolleretur,

Privilegium est lex favorabilis alicui contra jus commune, v.g. si princeps aliquem faceret immunem a tributo solvendo.

Interpretatio legis duplex est, alia quae dicitur explicatio legis propter verborum obscuritatem, qua declaratur quae nam fuit mens legislatoris in condenda lege; altera legis interpretatio dicitur correctio qua declaratur legem non obligare in aliquo casu particulari v.g. si a principe prohibitum fuisset gestare arma natu et forte occurreret quaedam arma gestandi necessitas v.g.

ut a menibus repelleretur hostis, tunc declarari posset legislatorem abstringere noluisse subditos in talibus circonstantiis

Promulgatio legis est publica legis declaratio, qua lex innotescit illis hominibus quorum obligatura est

Acceptatio denique est legis proprietas, quae definitur consensus datus a subditis legi, quo consensu se astringunt ad legem observandam.

Quaeritur utrum subditorum acceptatio requiratur ut lex sit valida.

Res. si legislator supremum habet dominium independenter a populo, tunc potest validas ferre leges sine subditorum acceptatione; si vero populus objus apud se retinuerit, ne condi possent leges citra suum consensum, tunc legislator non potest constituere leges quae obligent ante subditorum acceptationem.

De variis legis speciebus.

Triplex distinguitur lex, aeterna, naturalis et positiva.

De lege aeterna.

Lex aeterna est summa ratio divinae mentis, qua quae facienda et omittenda sunt immutabiliter continentur, sive ut habet sanctus Augustinus, est summa ratio cui obtemperandum est

Quaeritur utrum admittenda sit lex aeterna in deo

Res. affirmative 1º quia sapientia et providentia in se

debet admitti cujus est omnia in fines suos dirigere. 2°
quia homines tanti indigent directione ut ad finem destina
tum perveniant alioqui minus ipsis consultum esset quam
rebus inanimatis quae suos a Deo fines restitutos habent
3° quia leges humanae, ut pote mutabiles et imperfectae
debent supponere certam aliquam et invariabilem in
Deo legem, cujus participatione reddantur perfectae.
Dices ubi non est subditus, ibi non est lex, atqui ab
aeterno non fuit subditus qui obligaretur; ergo non fuit
lex, proindeque nulla lex dici debet aeterna.
Dis maj. ubi non est subditus, ibi non est lex in subdito
con maj. in legislatore nego maj. atqui &c. concessa
minore et distincto consequente nego consequentiam.
Ms. ubi non est obligatio, ibi non est lex, ne quidem ex
parte legislatoris: atqui ab aeterno nulla fuit obligatio;
ergo &c.
Dis maj ubi non est obligatio activa aut potentia
obligandi, ibi non est lex ex parte legislatoris con maj.
ubi non est obligatio passiva nego maj. atqui &c. distin
pariter minore nego consequentiam
Equidem ab aeterno non fuit obligatio passiva quia non
existebant homines qui obligarentur; ac semper fuit
in Deo obligatio activa seu potentia obligandi id est ratio divinae
sapientiae directiva rerum profuturo.
Quae 2° utrum lex aeterna in tempore promulgata
fuerit

Res. affirmative nam lex æterna dici debet promulgata in tempore si promulgata fuerit hominibus et præsertim Adamo atqui res ita se habet ad hoc satis est quod sit in hominibus quædam illius legis irradiatio et participatio: atqui inest omnibus hominibus quædam æternæ legis irradiatio et participatio; si quidem quique hominum in mortem primaria recte vivendi principia hinc illa verba dans illum ac omnem hominem venientem in hunc mundum signatum est super nos lumen vultus tui Domine, quone a peccato principiorum oritur illa, quæ remanet in nobis difficultas veri et recti.

Quæ. 3.° utrum lex æterna sit fons et origo aliarum legum

Res. ita hic nam illa lex est fons et origo aliarum legum, quæ dat cæteris legibus vim et obligandi potestatem: atqui talis est lex æterna. quodenim est primum movens, dat vim motricem secundariis moventibus, sicut princeps qui est 1.um movens in suo regno, dat suis ministris vim et potestatem gubernandi subditos juxta ordinem rationis: atqui lex æterna 1.a est in suo genere et 1.um movens, leges vero cæteræ sunt moventia secunda hinc illud sapientiæ capite octavo versu decimo quinto, per me reges regnant, et legum conditorem justa decernunt.

De Lege Naturali

Lex naturalis. dicitur lumen naturale et recta ratio definiri solet dictamen recte rationis praecipiens quae per se bona et vetans quae per se mala esse naturaliter novimus. hinc supponit plures ideas quarum auxilio primaria et generalia morum principia nobis innotescunt.

Praecepta legis naturalis duplicis sunt generis, alia positiva quae praecipiunt id quod per se bonum est; alia negativa quae prohibent id quod per se malum est quae omnia generatim continentur hoc principio declina a malo et fac bonum. quod quidem principium spectari debet tanquam 1.um praeceptum legis naturalis fons et origo omnium aliarum legum quia est ultima ratio quae afferri potest ab homine interrogato cur hoc vel illud faciat, hoc vel illud fugiat. ex illo praecepto immediate sequitur illud diliges deum ex toto corde tuo ex tota mente tua et ex totis viribus tuis proximum autem sicut te ipsum in illo autem consistit amor Dei ut solus deus propter se diligatur caetera vero diligantur propter deum.

Quaeritur utrum praecepta legis naturalis invicte possent ignorari.

Observa praecepta legis naturae duplicis esse generis alia quae dicuntur primaria alia quae vocantur secundaria primaria sunt quae cum primis recte rationis principiis ita connexa sunt ut eorum connexio attendenti facile pateat secundaria sunt remotiores quaedam

Conclusiones quae majori et longiori attentione deducuntur ex primis legis naturalis principiis. his politis sit

Conclusio 1a.

Primaria legis naturalis praecepta invicte ignorari non possunt.

Probatur nam hac invicte ignorari non possunt quae leviori attentione duntaxat indigent ut cognoscantur: atqui primaria legis naturalis praecepta sunt ejusmodi. nemo enim vel leviter attendens potest ignorare alteri non esse faciendum quod sibi fieri non vult: unde sequitur evidenter non esse furandum, occidendum &c. quamobrem, inquit sanctus Augustinus in cordibus nostris inscriptum est alteri ne feceris quod tibi fieri non vis; hac ignorare nemo permissus est etiam antequam lex daretur.

Et certe ignorantia invincibilis excusat a peccato, sed qui rationis compos agit contra jus naturale, is non excusatur a peccato: illius actio non solum est contra rationem sed etiam deum offendit et in materia gravi ejus amicitiam dissolvit poenamque meretur aeternam.

Dices latrocinia sunt contra legem naturalem atqui ex Caesare in suis commentariis germani putabant latrocinia non esse infamia et illicita ergo &c.

Dis. minorem germani crediderunt latrocinia non esse infamia et illud oriebatur ex illorum naturae corruptela et quia nec in se redire nec minimam

attentionem adhibere voluerunt ad legem naturalem
scriptam in cordibus eorum concedo minorem secus negomi;
ergo &c.

Itaque haec caecitas et ignorantia quae supponitur in
germanis circa latronum non erat invincibilis et si tan
tisper in se rediissent et attentionem vel minimam adhi
bere voluissent statim deprehendissent alteri non facien
dum quod nobis fieri nolumus proinde non hic furandum
hinc haec capite quadragesimo sexto v. 3o. redite praevari
catores ad cor.

Quaeritur utrum Deus a lege naturali dispensare
possit seu tollere obligationem quae oritur ex parte
legis naturalis. Cui quaestioni ut fiat satis sit

Conclusio 2.a

Deus dispensare non potest obligationem quae
oritur ex parte legis naturalis.

Pro. nam obbligatio necessaria et essentialis ne qui
dem a Deo tolli potest: atqui obligatio quae oritur ex
parte legis naturalis necessaria est et essentialis. nam
lex naturalis versatur circa ea quae sunt essentialiter
bona aut essentialiter mala: atqui Deus non potest
tollere legem qua homo astringitur ad faciendum quae
sunt essentialiter bona et fugiendum quae sunt essenti
aliter mala alioqui Deus posset dari licentiam faciendi
quod per se malum est,

 quod absit inde deo cogitemus ergo &c

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.° polygamia est jure naturali prohibita: atqui Deus ab ea dispensavit in patet ex veteri testamento ergo &c

Ego maj. licet enim polygamia sit contra relligionem Christianam atque etiam contra legem latam a Deo in creatione quatenus masculum unum et foeminam creavit ut duo forent in una carne; illud tamen non est contra legem naturalem quia nullum in polygamia violatur naturae praeceptum; proinde que Deus potuit aliter instituere in veteri testamento.

Obj. 2.° bonorum communio est de lege naturali: atqui haec communio sublata est legibus positivis; ergo &c

Ego maj. nam illud non est de lege naturali, ad quod lex naturalis non obligat: atqui ad communionem bonorum lex naturalis non obligat, sed eam tantum permittit, modo nihil obstet: deinde nullum jus proprie loquendo habemus in bona terrestria; nam omnia sunt Deo, qui ea his vel illis hominibus ad libitum largiri potest.

Objicies 3.° independentia unius hominis

ab alio homine sit de lege naturali: atqui haec independentia destructa fuit per leges positivas ergo &c.

Sequitur maj. potest quidem homo creari independens ab alio homine; sed illud essentialiter non postulat nec hoc est de se essentialiter bonum ita ut contrarium sit malum immo ex lege naturali homo in quibusdam circonstantiis pendet ab alio homine sic filius pendet a patre a quo generatur et nutritur egrotus a medico a quo curatur et sanatur; denique discipulus a magistro a quo instituitur et docetur.

Obj. 4.° praecepta Dei de non occidendo hoste de non furando, et non solvendo matrimonio sunt praecepta legis naturalis: atqui Deus olim dispensavit de illis praeceptis; 1.° quando praecepit abrahae ut occideret filium suum isaac innocente. 2.° quando jussi sunt judei auferre vasa egiptiorum; 3.° quando iisdem judeis permisit Deus ut darent suis uxoribus libellum repudii; ergo &c.

Sequitur minorem in exemplis enim allatis Deus proprie non solvit obligationem legis naturae sed materiam transtulit

1.° quando praecepit abrahamo ut filium suum occideret, non inde sequitur Deum concensisse in homicidium quod lege naturali prohibetur nullum enim est homicidium sit cum debitum sit aliquem occidi: atqui

propter mandatum dei debitum hoc occidi, quia Deus
sit 1.us vitae et necis dominus, nec ullus innocens est
coram ipso, nequidem infans unius diei, si ratio
habeatur peccati originalis a quo nemo nascitur immu
nis.
2.° Deus non permisit furtum quando illo jubente
judei abstulerunt vasa Egyptiorum is enim non furatur
qui id sibi tantum vindicat in quod jus et dominium
habet atqui tales fuerunt judei quando sustulerunt
Egyptiorum vasa; Deus enim ipsis contulerat jus et
dominium in Egyptiorum bona, quod a Deo fieri pone
nemo negabit, cum sit universorum dominus et
possit cuilibet homini omnia auferre et cui voluerit
dare.
3.° libello repudii Deus non dispensavit a lege natu
rali; Deus enim non tradidit praeceptum quo dispensa
rentur judei a lege non dissolvendi matrimonii, sed
tantum minus permisit malum seu noluit ut a
judicibus secularibus animadverteretur in hos qui dar
ent uxoribus suis libellum repudii, ut majori malo
nempe uxoricidio obviam iretur. haec responsio appri
me congruit cum iis Christi domini verbis apud matt
heum capite 19 moises, inquit Christus, ad duritiem
cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab
initio autem non fuit sic.

De lege Positiva.

Lex positiva est, la quae pendet ex libera legislatoris voluntate, in quo differt a lege naturali; quae de se essentialiter bona sunt aut mala, sa pertinent ad legem naturalem, quae vero sunt indifferentia pertinent ad legem positivam.

Lex positiva praecipit, permittit et vetat. praecipiendo rem facit bonam permittendo aliquid indifferentem vetando reddit malam; quapropter potest quis propter justam causam potest dispensari a lege positiva.

Cum lex positiva pendeat a libera legislatoris voluntate, et legislator sit vel deus vel homo; hinc duplex nascitur lex positiva, nimirum divina et humana.

De lege Positiva Divina

Lex positiva divina est ea, quae data est ab ipso Deo ad dirigendos homines. jam vero ex Apostolo Capite primo Epistolae ad hebreos, multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit secula. hinc lex divina duplex, alia vetus seu mosaica, quam servis dedit Deus per servos; alia nova seu Christi quam filiis dedit per filium. prior continetur in libris veteris

testamenti posterior in novo testamento

Quaeritur ibi 1º. utrum lex vetus revera fuerit a Deo

Res. 1º. quosdam olim extitisse hereticos nomine manicheos, qui asseruerunt malam fuisse legem veterem et a malogenio originem traxisse; sed impia sit haec opinio et solis digna manicheis, qui duo admittebant principia aeterna, alterum boni et alterum mali.

2º. Lex vetus, licet imperfecta, attamen bona fuit et a Deo profecta sit, 1º. quia erat non solum testimonium, sed etiam praeparatio Christi venturi; 2º. quia Christus eam implevit dum inter homines versaretur: unde sua morte debet potius dici veterem perfecisse legem quam destruxisse juxta illa scripturae verba, non veni legem solvere, sed adimplere.

Q. 2º. quo tempore lex vetus desierit.

R. legem veterem cessasse eo temporis momento, quo Christus expiravit, quia ex apostolo ad hebraeos translato sacerdotio necesse sit ut legis translatio fiat: atqui quando Christus expiravit translatum sit sacerdotium, siquidem Christus moriens tanquam sacerdos 2um ordinem melchisedec se ipsum pro peccatis nostris inquit Apostolus hostiam patri obtulit, et una oblatione consummavit in aeternum sanctificatos. deinde lex vetus desiit quando nova vigere coepit: atqui statim a morte Christi sola

Cœpit vigere quia novum testamentum seu lex Christi debuit vim habere statim atque mors testatoris intercessit si quidem testamentum in mortuis confirmatur.

Observa tamen hinc non hæc inferendum statim a morte Christi legem veterem mortiferam fuisse, id est, non potuisse observari sine peccato; nam, ut recte probat augustinus adversus hæronimum debuit aliquantulum temporis intercedere ad promulgationem Evangelii; quo quidem tempore potuit lex vetus sine peccato observari, hac quippe, inquit Augustinus, cum honore sepelienda synagoga.

Dices lex vetus non desiit antequam opus redemptionis nostræ fuit absolutum: atqui ante resurrexionem Christi opus redemptionis nostræ non fuit absolutum si quidem ex apostolo resurrexit Christus propter justificationem nostram; ergo &c.

Nego minorem nam illa Apostoli verba non eo sensu sunt intelligenda, quasi Christus resurgendo aliquid pro nobis meritus sit, sed quia resurrexit a morte ad vitam fuit exemplum nostræ resurrexionis a peccato ad gratiam, juxta illud ejusdem Apostoli, ut sicut Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. præterea ex conditione viatoris, quæ necessaria est ad merendum, constat Christum nihil promeritum fuisse post mortem.

Q. 3.° quænam sint veteris legis præcepta.

R. triplicis generis hæc præcepta legis veteris, moralia, ceremonialia et judicialia.

Præcepta moralia sunt ea quæ spectant ad mores, nempe nostrum hga Deum et homines officium, hæc que numerantur decem his versibus Comprehensa.

" unum crede Deum, nec jures vana per ipsum;
" sabbata sanctifices. habeas in honore parentes.
" non interfector sis, fur, mœcus, neque mendax,
" alterius sponsam nec rem cupias alienam.

Enim vero obligamur deo et hominibus: Deo autem debemus 1º fidelitatem, hinc unum crede Deum; 2º reverentiam, hinc nec jures vana per ipsum; 3º obsequium, hinc sabbata sanctifices. hominibus etiam debemus aliquid sive particulari quodam titulo hinc 4º habeas in honore parentes; sive generali, nempe omnibus hominibus, quibus ne fas sit nocere opere, verbo et cogitatione: opere quidem non licet alteri nocere, neque quoad ejus personam, hinc 5º non interfector sis; neque quoad ejus uxorem hinc 6º mœcus; neque quoad ejus opes, hinc 7º fur; pariter verbo non sit alteri nocendum, hinc ut 8º mendax. denique cogitatione nemo debet alteri injuriam facere, hinc 9º alterius sponsam et Decimo nec rem cupias alienam.

Observa hæ præcepta sic disponi, ut quo propius ab ultimis ad 1ª accedatur, eo peccatum quo violantur

Cæteris paribus gravius censeatur: hinc infidelitas, quæ contra 1um præceptum militat in omnium peccatorum gravissimam.

Præcepta Ceremonialia sunt ea quæ docent quomodo colendus sit Deus per festa, sacrificia et altaria.

Judicialia sunt ea quæ docebant formam judiciorum a judeis observandam.

Præcepta tum judicialia tum Ceremonialia, quoniam ad solos judeos pertinebant, abrogata fuerunt per novam legem, quæ umbras et figuras veteris testamenti destruxit; secus sentiendum est de præceptis moralibus.

Quod spectat ad legem novam seu evangelicam est sola, ex dictis, quæ continetur novo testamento, et quam Deus dedit filiis per filium.

Lex nova seu evangelica pluribus titulis præstat veteri lege; 1.° quia authorem habet Christum, qui per se ipsum dignatus est noster hic legislator, cum per Angelos Deus veterem legem tradidisset juxta illa Apostoli verba ad hæbreos supra relata, multifariam multisque modis &c. 2.° ratione victimæ, in veteri enim lege animalia duntaxat auferebantur, in nova Christus se ipsum pro peccatis nostris hostiam patri offert, ut habet Apostolus; 3.° quia lex vetus terrena tantum

polliceabatur bona; 4.º quia exteriores tantum actus dirigebat interiores vero non attingebat; at vero lex nova aeternam promittit felicitatem et homines non exterius modo, sed etiam interius ad praeceptorum observationem disponit: denique lex nova tota amor est, caritas et spiritus: lex autem vetus littera et timor juxta illud Apostoli 2.ª ad Corinthios Capite 3.º versu 6.º idoneos nos fecit ministros novi testamenti non littera, sed spiritu; littera enim occidit spiritus autem vivificat; unde Augustinus differentia legis et Evangelii timor et amor.

De lege humana.

Lex humana est la quae sancitur ab hominibus, et duplex est, nimirum civilis et ecclesiastica.

Lex ecclesiastica est la quae pertinet ad administrationem reipublicae Christianae, continetur que sacris consiliorum praesertim generalium canonibus sanctorum patrum sententiis, et romanorum pontificum decretis et constitutionibus, seu ut aiunt decretalibus.

Lex civilis est ea, quae res civiles et temporales spectat; fertur ab imperatoribus, regibus et ab iis omnibus qui caeteris praesunt et imperant. Varie solent afferri legis positivae mutationes, quarum praecipuae sunt abrogatio, derogatio, et caeterae de quibus diximus

Dum agebatur de proprietatibus legis generatim.

Quaeritur 1.° utrum leges humanae obligent in conscientia

Res. affirmative tum quoad leges Ecclesiasticas tum quoad leges Civiles, ut patet ex his Apostoli verbis ad romanos Capite decimo tertio omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim potestas nisi a Deo... itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt... ideo necessitate subditi estote, non tantum propter iram sed propter conscientiam iterum probatur de legibus ecclesiasticis deuteronomii Capite decimo 7.° qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, et decreto judiciis morietur homo ille, et auferes malum de Israel. illud idem probant ~~hoc apos~~ Christi ~~toto~~ verba ad apostolos luce Capite decimo v. decimo septimo, qui vos odit me odit, et qui vos spernit, me spernit: et Matthaei Capite 18 v. 17, si autem Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus et publicanus.

Q. 2.° utrum legislator suis teneatur legibus.

R. negative ratio est quia duo in lege sunt observanda, vis coactiva et vis directiva. 1.° legislator non tenetur suis legibus quoad vim coactivam; nemo enim potest

se ipsum cogere cum coactio fieri debeat repugnante voluntate: porro si legislator suis teneretur legibus quoad vim coactivam, deberet se ipsum posse cogere, quoniam lex in penes ipsius arbitrium. 2.° non tenetur suis legibus quoad vim directivam, cum enim possit a lege sua dispensare si contra eam agat, censetur se ipsum dispensasse.

Dices. Legislator peccat non servando suam legem ergo sua lege tenetur.

Dis. Antecedens peccat contra legem naturalem qua princeps tenetur subditis preire exempo con. Antecedens peccat precise contra suam legem nego antecedens ergo &c.

Ex.

S. GREGORIVS.

Hinc CRVCE tergeminâ stipor, triplici inde CORONA.
Recte habet, hoc pendit, CRVX ITERATA lucrum.

P. Gallays. a St. Francois de Sales. 4

Pars Secunda Ethicæ

De Principiis actuum humanorum internis

Principia interna actuum humanorum dicuntur ea quæ sunt intra nos posita et duplicis vulgo distinguuntur generis nimirum congenita et acquisita. Congenita sunt facultates generales. acquisita sunt habitus proprio labore comparati, quamquam tamen possunt dari habitus congeniti, ut diximus de phia respectu Adami agendum est 1º de principiis congenitis postea dicemus de acquisitis.

De principiis congenitis actuum humanorum.

Principia actuum humanorum congenita sunt ea quæ nobis a natura inesse intelliguntur, solemque appellari facultates morales, quia spectantur prout concurrunt ad actiones bonas et malas moraliter. illæ facultates quatuor generatim numerantur intellectus voluntas imaginatio et appetitus sensiens.

Intellectus consideratur hic quatenus ht facultas animæ rationalis, qua cognoscuntur regulæ actuum humanorum et proponitur voluntati bonum insensile quod amet,

et malum pariter insensile quod aversetur. ad intellectum revocantur synderesis prudentia et conscientia.

Synderesis sumi potest vel pro habitu, vel pro actu. si pro habitu, est facilitas cognoscendi primaria principia morum; si pro actu, est actualis illorum principiorum cognitio.

Prudentia sumi etiam potest, vel pro habitu, vel pro actu; si pro habitu, dicitur facilitas deducendi conclusiones ex primis principiis moralibus; si pro actu, est actualis cognitio earum conclusionum, quae ex primis principiis morum deducuntur.

Conscientia est intimus quidam animae sensus, qui consequitur cognitionem eorum quae sunt agenda vel fugienda.

Conscientia dividi solet in veram, erroneam et dubiam.

Conscientia vera est intimus animae sensus consequens veram et certam cognitionem eorum, quae sunt agenda vel omittenda.

Conscientia erronea seu falsa est intimus animae sensus qui consequitur ex cognitione falsa, quae tamen spectatur ut vera, circa ea quae sunt agenda vel omittenda.

Conscientia dubia est intimus animae sensus consequens cognitionem duntaxat probabilem eorum quae sunt agenda vel fugienda. haec autem cognitio licet probabilis tantum et incerta, spectatur ut vera.

Voluntas est facultas animae rationalis qua bonum

insensile sibi ab intellectu propositum prosequitur et malum insensile aversatur.

Imaginatio est facultas partis inferioris hominis quae repre sentat bonum aut malum sensile.

Appetitus sensitivus est facultas partis inferioris hominis quae prosequitur bonum et aversatur malum sensile.

Observa duplicem ibi in homine distingui partem nempe superiorem et inferiorem in superiori residen intellectus et voluntas in inferiori vero remanere intelli guntur imaginatio et appetitus sensiens, quae tamen duae ultimae facultates nihil aliud sunt quam intellectus et voluntas quatenus versantur circa objecta sensilia.

Praeter quatuor illas facultates generales, variae in anima agnoscendae sunt potentiae excipiendi diversas impressiones, quae sunt vel sensus intimi vel sensationes vel ideae.

Quando motus appetitus sensientis conjunguntur cum vehementi sanguinis commotione, aut alia quavis modificatione corporis satis insigni vocantur passiones seu pathemata; secus retinent nomen sensationum. passionibus homo maxime occupatur circa sensibilia.

Sensus intimos, sensationes passiones et ideas varia subsequuntur judicia 1° judicium speculativum 2° prac ticum sed generale, 3° practice practicum.

Judicium speculativum est illud quo unum de

 alio dicitur sine ulla agendi intentione tale sit hoc exemptum totum sit sua parte majus.

Judicium practicum seu generale sit illud quo generatim judicatur aliquid sive agendum vel non agendum talia sunt illa judicia Deus est amandus non sit alteri nocendum

Judicium practice practicum est illud quo judicamus hic et nunc simpliciter et absolute aliquid agendum esse vel non agendum ita ut applicemur ad actionem, v.g. Cum quis caritate inflammatus hic et nunc judicat stipem pauperibus esse largiendam et statim largitur

Intellectus et imaginatio sunt principia actuum humanorum quatenus repraesentant voluntati et appetitui sensitivo bonum quod prosequantur et malum quod aversantur.

Voluntas et appetitus sensitivus sunt principia actuum humanorum quatenus bonum prosequuntur et malum aversantur: jam vero quatuor illae facultates alternis vicibus se invicem movent

Observa 1.° facultatem variis modis posse moveri; 1.° moveri potest vel ad speciem vel ad intentionem vel ad exercicium. tunc facultas movetur ad speciem quando movetur ad actum unius potius quam alterius speciei v.g. ad amorem potius quam ad odium tunc movetur ad intentionem, quando movetur ad actum hujus potius

quam alterius intentionis. tunc movetur ad exercicium, quando movetur ad agendum potius quam non agendum. 2.° facultas potest moveri politice, vel despotice, ut aiunt. tunc facultas movetur despotice, quando resistere non potest, sic voluntas beatorum in cœlis movetur ad amandum deum. tunc movetur politice, quando motioni resistere potest, sic auditor movetur ab oratore. 3.° facultas moveri potest vel indirecte, vel directe. tunc movetur directe, quando immediate movetur. tunc movetur indirecte, quando movetur altero mediante.

Observa 2.° impressiones et judicia quæ subsequuntur, movent voluntatem non tantum quoad speciem et intentionem, sed etiam quoad exercicium. ad hoc enim satis est quod voluntas agere non possit sine præviis impressionibus et judiciis: atqui res ita se habet, si quidem ignoti nulla est cupido, et nihil est volitum, nisi prius sit cognitum, vel saltem cognitum videatur.

Observa 3.° si excipiatur impressio quæ in nobis est versus beatitudinem in communi, quam voluntas necessario amat et prosequitur, omnes aliæ impressiones et judicia, quandiu his in terris degimus, movent voluntatem politice, quia voluntas huic motioni resistere potest; nam unusquisque tentatur quidem a concupiscentia sua abstractus, inquit Jacobus capite 1.° versu 14 sed voluntas potest illis motibus non obtemperare.

Observa 4°. Voluntas intellectum imaginationem et appetitum sensientem vicissim movet et illis imperat saltem ad aliquos actus. 1° imperat intellectui et imaginationi, quatenus per voluntatem homo vult mentem et animum adjungere ad aliquod objectum, ut hoc potius quam aliud meditetur et cogitet. 2° imperat appetitui sensitivo juxta illud Scripturae sacrae sub te hic appetitus tuus et tu dominaberis illius. licet hinc, ut dictum est supra, caro concupiscat adversus spiritum, licet lex carnis repugnet legi mentis, potest tamen voluntas non consentire, imo sedare et coercere motus illos, se avertendo ab iis objectis quae sunt occasiones illorum motuum et se convertendo ad alia.

Observa denique. 1° voluntas imperat politice intellectui imaginationi et appetitui sensitivo, quia illae facultates saepe resistunt imperio voluntatis; 2° despotice imperat facultatibus corporeis nimirum oculis manibus pedibus &c. quia illae facultates non resistunt, modo adsit requisita mecanica partium dispositio.

Agemus hic praesertim de voluntate, quia potiores partes optinet in productione actuum humanorum.

Voluntas est facultas animae rationalis, qua volumus vel nolumus id quod judicatum fuit bonum vel malum.

jam vero voluntas spectari potest vel quatenus est voluntas vel quatenus est libera.

De voluntate quatenus est voluntas

Quod fit a voluntate quatenus est voluntas dicitur voluntarium.

Voluntarium autem definitur ab Aristotele id quod fit a principio intrinseco cognoscente singula in quibus est actio.

1.° dicitur a principio intrinseco, ut distinguatur a violento, quod fit a principio externo cogente, ut cum quis trahitur in carcerem.

2.° dicitur cognoscente, quia ad voluntarium requiritur aliqua cognitio, si non praesens, saltem possibilis et debita.

3.° dicitur singula in quibus est actio, id est, objectum, finem, circonstantias et caetera ejusmodi quae hoc versiculo continentur.

quisquid, ubi quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis denotat personam, an pateo, filius, rex, subditus.

quid designat speciem actionis, an furtum an homicidium.

ubi designat locum, an sacrum, an profanum.

quibus auxiliis designat socios et consortes actionis.

Cur denotat motivum actionis an occiderit propter
alapam an propter vitam tuendam

Quomodo designat modum quo actio perpetrata fuit
v.g. an quis alterum occiderit sicariorum more, an
vim vi repellendo.

Quando significat tempus actionis, an diu, an noctu,
die festo an feriali.

Observa: quamvis dicatur in definitione voluntarii
a principio cognoscente singula in quibus est actio,
attamen necesse non est ut 1° qui agit actu cognoscat,
satis est ut potuerit et debuerit cognoscere. 2° sufficit
quod cognoscat objectum et praecipuas actionis circum-
stantias ut actio censeatur voluntaria.

Voluntarium duplex distinguitur, objectivum et formale.
objectivum est objectum voluntatis et duplex iterum distinguitur,
directum et indirectum. Voluntarium directum est illud quod
in se precise volitum est, v.g. ebrietas quam vult intempe-
rans. Voluntarium indirectum est illud quod non est in se
precise volitum, sed in sua causa; v.g. qui sit se, cum
ebrius est, solere rixari et blasphemias evomere, si ebrie-
tatem intendit censetur indirecte intendere rixas et blas-
phemias; quapropter qui in proximis occasionibus eremam
est voluntarii, ii dicuntur peccatum intendere indirecte.

Voluntarium formale est ipsa actio voluntaria, et subdistribuitur in imperatum et elicitum. Voluntarium imperatum est actio quae non immediate proficiscitur a voluntate, sed ab alia facultate ex imperio voluntatis. talis est motio linguae manus et pedum, quando fiunt ad imperium voluntatis. Voluntarium elicitum est actio quae immediate proficiscitur a voluntate, talis est amor et odium. Voluntarium elicitum subdistribuitur in liberum et necessarium. Voluntarium elicitum liberum est actio quae immediate proficiscitur a voluntate se libere determinante, talis est amor alicujus objecti determinate sumpti. Voluntarium elicitum necessarium est actio quae fit a voluntate immediate, sed se necessario determinante, talis est amor quo quis dirigit bonum ut sic, talis est etiam amor quo beati in caelis Deum amant.

Involuntarium opponitur voluntario et triplex vulgo distinguitur, per vim, per ignorantiam et secundum quid.

Involuntarium per vim est illud quod oritur a principio externo cogente talis est motio pedum, cum quis invitus truditur in carcerem talis motio manus cum quis occidit suum amicum quia alter manum ejus armatam in ipsum impellit. Illud involuntarium dicitur etiam involuntarium positive, formale et simpliciter.

Involuntarium per ignorantiam sit illud quod fit a principio interno, sed non ex praevia cognitione, ut cum quis intervenendum occidit amicum, putans occidere feram;

Involuntarium secundum quid sit illud quod fit a principio intrinseco, sed cum praevia cognitione, sed cum aliqua displicentia, talis sit projectio mertium in mare cogente tempestate. quaeritur utrum voluntas cogi possit; quae quaestio in solvatur.

Observa 1.° aliud sit voluntatem cogi, aliud voluntatem necessitari. ut voluntas necessitetur satis sit quod sit antecedenter determinata, etiam si non reluctetur; ut vero voluntas cogi censeatur, aliquid fieri debet ipsa reluctante, v.g. voluntas beatorum in coelis necessitatur ad morem Dei, sed non cogitur.

2.° Duplicis generis distingui debent actus voluntatis, elicitus et imperati, ut jam supra dictum sit.

Docuit Calvinus voluntatem cogi posse etiam in iis actibus, quia ab ipsa immediate proficiscuntur, ita ut homo agitetur a Deo, quemadmodum equus impellitur a Dessore calcaribus admotis; nunc asserunt Ereticus, ille non sit in nobis proprie voluntatem, quia in quebat, homo est quid mers et otiosum Deusque agit omnia

in nobis sine nobis. hanc eamdem sententiam docuerat Lutherus, sed eam postea revocavit contra hos ereticos sit

Conclusio 1.a

Voluntas non potest cogi quoad actus elicitos.

Pro. nam voluntas cogi non potest nisi quoad actus qui fieri possunt ipsa invita: atqui nullus actus elicitus fieri potest invita voluntate, quod enim semper fit juxta inclinationem voluntatis, illud fieri non potest ipsa invita: atqui omnis actus elicitus semper fit juxta inclinationem voluntatis cum sit formaliter ipsa voluntatis inclinatio et volitio; ergo &c.

Solvuntur objectiones.

Obj. amor est actus elicitus voluntatis: atqui voluntas potest cogi quoad amorem; nam voluntas potest cogi quoad amorem, quando potest amare contra inclinationem suam; atqui Deus facere potest ut voluntas amet contra inclinationem suam v. g. potest efficere ut quis amet inimicum suum ergo &c.

Dis maj. ultimi syllogismi voluntas potest cogi quoad amorem, quando potest amare contra inclinationem suam actualem et praesentem; con maj. habitualem et praeteritam nego maj. atqui &c distincta pariter minore nego consequentiam.

itaque Deus efficere potest ut quis omnes inimicum
suum id quoque quotidie facit non voluntatem cogendo sed
illam mutando ipse enim est ut habet apostolus qui dat
velle et perficere pro bona voluntate sua, qui nos
facit ex nolentibus volentes et ex repugnantibus con
sentientes; quia cor Regis in manu Dei sunt inquit Aug
ustinus et quocumque voluerit vertet illud non quidem
ferreis vinculis alligando sed intus movendo et corda nostra
piissime molliendo hujus rei luculentissimum habemus
exemplum in paulo, qui, dum persequeretur ecclesiam
Dei et damascum proficisceretur spiramminarum statim
cepit Christum amare, sed tunc voluntas non cogitur
nec agit contra praesentem et actualem inclinationem
agit tantum contra inclinationem praeteritam aut habitualem
verum id impedit quominus actu voluntatis sit volun
tari et volita.

Ins. atqui voluntas potest aliquid agere contra praesen
tem et actualem inclinationem; nam saepe mercator
metu periculi projicit mercesin mare; atqui id fit
contra praesentem et actualem illius voluntatis prop
ensionem ergo &c.

Dis minorem id fit contra inclinationem actualem
minus praecipuam et minus efficacem con. minorem
praecipuam et efficacem, nego minorem.

itaque mercator qui non fragii metu suas projicit in mare merces agit quidem contra propensionem et inclinationem actualem quam habet conservandi suas merces, sed haec propensio licet praesens inefficax sit et minus praecipua, adest enim efficatior et magis praecipua secundum quam agit, minorum inclinatio conservandae vitae, quam conservari non posse putat, nisi projiciantur merces, quapropter eligit vitae conservationem, et haec actio voluntaria sit.

Ins. Si qua ratio probaret voluntatem non posse cogi quoad actus illicitos maxime quia idem objectum odisse simul et amare atqui voluntas id potest; ergo &c.

Dis. maj. non potest simul odisse et amare subiunctim et eodem respectu con. maj. subdiverso respectu vego maj. atqui &c distincta pariter minore vego consequentiam Conclusio 2.a

Voluntas potest cogi quoad actus imperatos.

Pro. nam voluntas potest cogi quoad illos actus, qui possunt fieri invita et reluctante voluntate: atqui actus qui dicuntur imperati, possunt fieri invita et reluctante voluntate. nam actus imperati sunt illi qui non exercentur immediate a voluntate, sed a potentiis

quae subjacent imperio voluntatis, qualis est motio pedum et manuum: atqui illi actus aliquando fiunt invita et reluctante voluntate ut contingit in homine qui truditur in carcerem; ergo &c.

Dices actus imperatus est ille qui fit ad nutum et imperium voluntatis: atqui repugnat voluntatem cogi quoad illos actus qui producuntur ad illius nutum et imperium; ergo &c.

Ego maj. nam actus imperati dicuntur ii non qui imperantur a voluntate sed qui ex ordine naturae fieri deberent ad imperium voluntatis ut motio pedum et manuum. quo posito statim intelligitur voluntatem posse cogi quoad illos actus; ergo &c.

Quaeritur hic utrum dentur quaedam voluntarii impedimenta quibus positis tollatur ratio voluntarii.

Res. ita ene: haec autem impedimenta tria vulgo numerantur ignorantia metus et concupiscentia de quibus seorsim agemus.

De Ignorantia

Ignorantia generatim est absentia cognitionis et multiplex distinguitur 1.° ignorantia ratione subjecti quadruplex en negativa et privativa vincibilis et invincibilis. ignorantia negativa est carentia

Cognitionis non debitae ut ignorantia juris civilis in rustico homine. ignorantia privativa seu carentia cognitionis debitae ut ignorantia juris in magistratu. prior culpa vacat secus posterior.

Ignorantia vincibilis seu ea quae adhibita diligentia moraliter possibili superari potest. ignorantia invincibilis seu ea quae adhibita diligentia moraliter possibili superari non potest.

2.° ignorantia ratione objecti duplex distinguitur juris et facti. ignorantia juris seu ignorantia legislatae et aliquid praecipientis vel prohibentis, v. g. venationem in aliquo loco. ignorantia facti est ignorantia rei quae acta seu vel agitur, ut ignorantia homicidii cum perpetratum fuit aut perpetratur.

3.° ignorantia ratione actus triplex distinguitur antecedens, concomitans et subsequens.

ignorantia antecedens seu ea quae non est voluntaria seu causa facti talis seu ignorantia hominis quis amicum in venationem occidit putans occidere feram

Ignorantia concomitans seu ea quae neque voluntaria seu neque causa facti, ut cum quis inimicum occidit putans occidere feram.

Ignorantia subsequens seu ea quae voluntaria seu sive

sit facti causa sive non sit et duplex sit alia affectata et alia crassa.

ignorantia affectata sit ea quae formaliter et explicite volita sit, ut cum quis non vult discere quae sunt sui officii, ne ea adimplere teneatur.

ignorantia crassa sit ea, qua quis veterno quodam torpens negligit discere et audire quae sunt sui officii.

his praemissis sit Conclusio 1.a

Ignorantia invincibilis excusat a peccato.

Pro. nam ignorantia invincibilis sit ea quae adhibita diligentia moraliter possibili vinci non potest: atqui ejusmodi ignorantia excusat a peccato adhuc satis est quod nullus censeatur peccare in eo quod vetare non potest atqui resistere sit cum nemo ad impossibile teneatur. hinc dum quis intervenendum suum amicum occidit in dumis latitantem putans occidere ferum non peccat quia tunc laborat ignorantia quae diligentia moraliter possibili vinci non potuit

quod spectat ad ignorantiam vincibilem propter oppositas rationes non excusat a peccato.

Conclusio 2.a

Non datur ignorantia invincibilis juris naturalis

Pro. nam jus naturale sit jelud ad quod omnes

natura duce tenemur, et quodquisque scire debet, quale sit istud alteri ne feceris quod tibi fieri non vis: unde sequitur non esse occidendum neque furendum neque alteri mentiendum. atqui non dantur ignorantia invincibilis ad quod natura duce tenemur et quodquisque scire debet: nam si daretur hujusmodi ignorantia, Deus impossibilia juberet: atqui id dici non potest ut patet ex his Concilii tridentini verbis, Deus impossibilia non jubet sed jubendo monet facere quod possis et petere quod non possis, et adjuvat ut possis; ergo &c.

Conclusio 3a.

Ignorantia antecedens et concomitans tollunt voluntarium.

Pro. nam ignorantia tum antecedens tum concomitans sit ea quae adhibita diligentia morali, non potest vinci et sorum quae non debemus scire. atqui ignorantia sorum quae non debemus scire, et quae adhibita diligentia morali vinci non potest, tollit voluntarium; nam ibi nullum sit voluntarium ubi nulla sit cognitio actualis aut possibilis et debita; ergo &c.

Observa, illud discriminis esse inter ignorantiam antecedentem et ignorantiam concomitantem quod

qui laborat ignorantia antecedente post rem factam accedente cognitione doleat de facto: unde et in actione et post actionem excusatur a peccatum videre hic in homine qui venationi indulgens suum amicum occidit putans occidere feram. Contra qui laborat ignorantia concomitante post rem factam accedente cognitione gaudet et letatur re commissa unde licet in actione excusetur a peccato attamen post actionem accedente actione peccat, ut constat exemplo hominis qui intervenandum occideret infensissimum hostem putans occidere feram.

Conclusio 4.a

Ignorantia consequens non tollit voluntarium

Pro. nam illud non tollit voluntarium quod non impedit quominus actio sit saltem indirecte volita: atqui ignorantia consequens non impedit quominus actio sit saltem indirecte volita

nam ignorantia consequens est ea qua quis non vult aut saltem negligit scire quae sunt sui officii ne la adimplere teneatur, talis est ignorantia jejunii qui non vult aut saltem negligit docere legem quae praecipit gegunium ne teneatur a cibis abstinere; atqui haec ignorantia non impedit quominus actio sit volita

saltem indirecte, ut patet quapropter quae fiunt ex
illa ignorantia ~~non impedit quominus actio sit volita~~
non excusantur a peccato sed reputantur ad culpam et poenam
ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Obj. illud non debet dici voluntarium quod non est voli-
tum atqui quod fit ex ignorantia consequente non est volitum ergo &c.

Dis maj. illud non debet dici voluntarium, quod non est
volitum, neque in se neque in sua causa con. maj. in se
tantum nego maj. atqui &c. distincta pariter minore
nego consequentiam

Itaque potest aliquid esse volitum duobus modis in se
vel in sua causa

illud est volitum in se quod precise et expresse intendi-
tur a voluntate v.g. sanitas in se precise volita est, quia
expresse intenditur ab homine egrotante

illud est volitum in sua causa quod in se precise et
proprie non intenditur, sed in alio ex quo sequitur.

Equidem illud non debet dici voluntarium, quod
neque directe neque indirecte, id est neque in se neque
in sua causa volitum est at vero illud debet dici volun-
tarium quodlibet in se et directe non sit volitum. attamen
indirecte volitum est ei in sua causa: pono quod fit ex
ignorantia consequente non est quidem in se directe

volitum quia non hi in se cognitum at vero volitum hi
indirecte et in hac causa v. g. qui non vult aut saltem
negligit adesse missae parochiali et postea legem abstinentiae
violat is censetur velle saltem indirecte violatione legis
abstinentiae quia qui vult causam censetur velle effectum.
Ins. atqui licet voluntas velit et intendat causam quod
sequitur hi causa non debet dici volitum, nequidem indire
cte; nam supponatur Petrus occidisse in venatione hominem
in vepribus latentem dum volebat feram occidere in hac
hypothesi Petrus vult et intendit causam occisionis illius
hominis, minimum emissionem glandis plumbeae, attamen
non censetur velle mortem hominis.
Lego subsumptum ad cujus probationem dis. maj. Petrus
vult et intendit causam occisionis illius hominis mini
mum emissionem glandis plumbeae, nec praevidet nec prae
videre debet indecenturam esse mortem illius hominis
con. maj. secus nego maj. atqui sic concessa minore et
distincto consequente licet quis velit hi intendat causam
quod hi causa sequitur non debet dici volitum nequidem
indirecte si qui agit nec debuit nec potuit praevidere
id consecuturum concedo consequentiam, secus et ego
consequentiam.
Itaque illud discriminis hi inter Petrum qui venando
occidit hominem in sylva latentem putans feram

occidere, et eum qui violat legem abstinentiae 1.° quod is noluit aut neglexit interesse concioni parochiali, 2.° quod interesse debuit adeoque potuit et debuit suam expellere ignorantiam unde haec ignorantia crassa est et affectata. Contra vetrus nec debuit nec potuit eam quae ignorabat ignorantiam tollere.

De Metu

Metus est trepidatio mentis propter imminens malum. Duplex distinguitur metus gravis et levis.

Metus levis est ille qui non cadit in virum fortem qualis est metus levioris mali.

Metus gravis est ille qui cadit in virum fortem ejusque percellit talis est metus mutilationis et hic iterum iterum duplex: alter ita vehemens ut tollat omnem rationis usum alter vero non ita vehemens quin relinquat rationis usum.

Obj. ibi aliud est agere cum metu aliud agere ex metu hinc quis agere dicitur ex metu, quando metus est causa actionis, ita ut sublato metu actio non amplius fieret; sic mercator ex metu naufragii projicit suas merces in mare. hinc quis agit cum metu quando metus comitatur quidem actionem, sed non est causa actionis sic fur censetur furari cum metu. non agitur ibi de actione quae fit cum metu sed ex metu.

Conclusio 1.ª

Metus gravis nec relinquens rationis usum tollit voluntarium.

Pro. nam tunc tollitur voluntarium quando nulla sit cognitio actualis et possibilis, at urgente metu nullum relinquente rationis usum nulla remanet cognitio actualis et possibilis, ut patet; ergo nullum sit voluntarium.

Conclusio 2.ª

Metus gravis sed relinquens rationis usum non tollit voluntarium.

Pro. nam illud non tollit voluntarium quod non impedit quominus actio sit simpliciter voluntaria, atqui metus gravis relinquens rationis usum non impedit quominus actio ~~sit~~ simpliciter necessaria quod enim non impedit quominus actio oriatur a voluntate cum sufficiente cognitione imo cum electione non impedit quominus actio sit voluntaria simpliciter, atqui metus gravis relinquens rationis usum non impedit quominus actio oriatur a voluntate cum sufficiente cognitione imo cum electione ut patet si mercatore qui metu vitae amittendae suas merces in mare projicit, ille enim homo habet cognitionem finis et circonstantiarum; imo propria voluntate se se determinat ad projiciendas merces ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.° quod fit ex ignorantia invincibili illud non est voluntarium atqui quod fit ex metu, fit ex ignorantia invincibili v.g. mercator non projiceret suas merces in mare si sciret se posse aliter effugere naufragium ergo &c.

Nego minorem ignorantia enim non est causa projectionis mercium sed metus periculi et amor vitae, quo fit ut mercator suam mercibus antepenon salutem. enim vero si mercator certo sciret se non posse aliter effugere naufragium nihilominus suas projiceret merces nec ulla tamen laboraret ignorantia, igitur mercator projicit quidem merces cum ignorantia sed non ex ignorantia.

Obj. 2.° quod fit cum repugnantia illud non est voluntarium atqui quod fit ex metu fit cum repugnantia ergo &c.

Dis maj. quod fit cum repugnantia absoluta, illud non est voluntarium con. maj. conditionata nego maj. atqui &c. distincta pariter minore nego conse.

Itaque quod fit cum absoluta repugnantia, illud non est voluntarium, sic conjectio hominis in carcerem non est voluntaria, quia fit cum absoluta et actuali repugnantia voluntatis; at vero illud est voluntarium

quod fit cum repugnantia conditionata tantum porro quod fit ex metu fit duntaxat cum repugnantia conditionata v. g. mercator suas projicit merces in mare non dicit absolute nolo projicere merces sed dicit tantum nollem projicere merces si non fragio metu abesset, sed quia ingruit tempestas et imminet periculum vitae, vult efficaciter merces projicere, adeo que haec projectio est secundum absolutam voluntatis inclinationem et consequenter debet dici simpliciter voluntaria.

Ins. mercator suas projicit merces invitus; ergo illa projectio censeri debet involuntaria simpliciter.

Dis. Antecedens mercator projicit suas merces invitus quoad causam occasionalem projectionis con. Antecedens quoad projectionem ipsam nego Antecedens ergo illa projectio debet dici involuntaria quoad causam occasionalem con. conse quoad se ipsam nego consequentiam.

Itaque causa occasionalis et extrinseca illius projectionis est omnino involuntaria; haec enim causa sunt tempestas et periculum vitae quae accidunt invito et repugnante mercatore, sed pausitis illis causis extrinsecis et occasionalibus mercator vult suas projicere merces.

Ins. quod est voluntarium in causa ~~extrinseca et occasionali~~ censetur simpliciter voluntarium ergo quod est involuntarium in causa extrinseca et occasionali

Senseri debet simpliciter involuntarium.

Nego consequentiam et paritatem ratio disparitatis in quod causa voluntaria pendeat a nobis causa autem involuntaria extrinseca et occasionalis licet a nobis non pendeat, attamen hoc posita illius effectus a nobis pendet, et illum volumus.

Obj. 3.° Contractus qui fiunt ex metu non obbligant ergo sunt voluntarii et consequenter metus reddit actionem involuntariam.

Nego consequentiam quidem contractus facti ex metu irriti haberi solent nec obbligant non quod sint voluntaria sed quia leges illos irritant causa publicae securitatis ut praecludetur via insolentiae et potentiae magnatum qui sua authoritate abutentes possint ejusmodi contractus ab inferioribus, et a plebeis hominibus extorquere.

Observa tamen non quolibet graviori metu personam fieri inhabilem ad contrahendum aut contractum irritari, sed id tantum contingere quando metus ab extrinseco principio injuste incutitur. 1.° quidem si metus gravis ab intrinseco principio oriatur, non reddit contractum invalidum quapropter valet matrimonium contractum a viro ex metu ne a muliere in sua infirmitate deseratur. 2.° Contractus non redditur invalidus quando metus juste incutitur etiam a principio extrinseco hinc valet matrimonium quod

Contrahitur cum virgine rapta ex metu mortis a magistratu proposita.

Quaeritur an metus gravis relinquens rationis usum excuset a peccato.

Respondeo in his quae ex natura sua non sunt mala sed tantum ex lege humana sive civili sive ecclesiastica metus excusat a peccato unde is non peccat qui die dominica metu mortis sacro non interesset; in his vero quae ex natura sua mala sunt et vetantur lege humana et divina qualis blasphemia fidei ejuratio &c. metus non excusat a peccato. ratio est quia quod ex natura sua est malum non potest unquam fieri licitum.

De Concupiscentia

Concupiscentia est motus vehemens appetitus sensitivi circa bonum sensibile et duplex est, antecedens et consequens.

Concupiscentia consequens est ea quae cognitionem deliberationem et consensum voluntatis permittit et subsequitur.

Concupiscentia antecedens est ea quae cognitionem deliberationem et consensum voluntatis antecedit haec quae duplex distinguitur alia ita vehemens ut tollat omnem rationis usum, id est nec deliberationem nec cognitionem ~~nec consensum~~ ullo modo permittat,

tatis sed via in furorem conversa alia permittit cogni
tionem sed non deliberationem non permittit.

Observa 1.° non agitur de concupiscentia consequente
quae enim fuit ex hac concupiscentia non modo volun
taria sunt sed etiam perfecte libera.

Observa 2.° non agitur de concupiscentia antecedente
omnem rationis usum tollente, idem quae nec deliberatio
nem nec cognitionem ullo modo permittit quia ibi nulla
est cognitio nec actualis nec possibilis, ubi nullum est volun
tarium.

Itaque agitur de concupiscentia antecedente quae
licet permittat cognitionem, attamen non permittit
deliberationem his positis sit

Conclusio

Concupiscentia antecedens quae permittit
cognitionem licet non permittat deliberationem non
tollit voluntarium.

Probatur nam illud non tollit voluntarium quod
non impedit quominus actio sit volita, atqui concupiscen
tia quae permittit cognitionem, licet non permittat deli
berationem, non impedit quominus actio sit voluntaria
quemadmodum delectatio qua afficiuntur beati in
coelis dum videndum intuitive non permittit

deliberationem circa amorem Dei et tamen non impedit quominus actus quo beato in Deum feruntur sit maxime voluntarius hoc &c.

Et certe voluntaria actio quae cognita fuit juxta maximam voluntatis inclinationem atqui talis est actio quae fit ex concupiscentia antecedente permittente cognitionem, non vero deliberationem, quando quidem in hanc actionem totis viribus ruit ipsa voluntas.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.° quod minuit peccatum minuit voluntarium atqui concupiscentia antecedens minuit peccatum hoc minuit et voluntarium

Dis. maj. quod minuit peccatum minuit voluntarium specie sumptum con. maj. minuit voluntarium generice sumptum nego maj atqui &c distincta pariter minore nego cons.

Itaque concupiscentia minuit voluntarium specifice sumptum id est sumptum pro libero; sed non minuit voluntarium generice sumptum, id est, pro actione, quae fit secundum inclinationem voluntatis, nimio ipsum auget, quia relinquit cognitionem et auget inclinationem voluntatis.

Ins. quod minuit cognitionem minuit voluntarium etiam generice sumptum; atqui concupiscentia antecedens minuit cognitionem hoc &c.

Dis. maj. quod minuit cognitionem horum quæ aguntur et ad agendum impellunt, minuit voluntarium generice sumptum con. maj. quod minuit cognitionem horum quæ ab agendo revocare possunt minuit voluntarium generice sumptum nego maj. atqui &c.

Itaque voluntarium postulat tantum cognitionem horum quæ aguntur, et ad agendum impellunt, id est horum in quibus est actio: porro concupiscentia minuit quidem cognitionem horum quæ ab agendo deterrere possint, at vero non minuit quin potius auget cognitionem horum quæ aguntur et ad agendum impellunt, nimirum voluptatis ceterorumque omnium quibus concupiscentia potest voluptatem in suas partes trahere.

Obj. 2°. quod fit cum aliqua repugnantia, illud est minus voluntarium atqui quod fit ex concupiscentia antecedente fit cum aliqua repugnantia incontinentes enim sibi displicent et dolent de concupiscentiæ vehementia nec prius crimen admiserunt quam facti ipsos peniteat.

Dis. maj. quod fit cum aliqua repugnantia concomitante et permanente in ipso actus exercicio, illud est minus voluntarium con. maj. cum aliqua repugnantia antecedente et subsequente tantum nego maj.

orem

Itaque quae fiunt ex concupiscentia antecedente saepe fiunt cum aliqua repugnantia antecedente ex consequente sed non fiunt cum aliqua repugnantia concomitante et permanente in ipso actus exercicio; hinc vero quae fiunt secundum inclinationem praesentem voluntatis illa non fiunt cum repugnantia concomitante et permanente in ipso actus exercicio, at qui quae fiunt ex concupiscentia aut peraguntur secundum praesentem voluntatis inclinationem ut constat ex perientia.

Instabis saepe incontinentes mediis in spiritualibus et voluptatibus dolent et contristantur, ergo quae fiunt ex concupiscentia antecedente fiunt cum repugnantia concomitante et permanente.

Dis. antecedens incontinentes contristantur et dolent mediis in spiritualibus et voluptatibus de effectu actionis quae fit ex concupiscentia con. antecedens de ipsa actione quae fit ex concupiscentia nego antecedens ergo &c.

Itaque saepe numero incontinentes contristantur et dolent mediis in spiritualibus et voluptatibus, sed haec tristitia et dolor non sit de actione incontinentiae sed potius de impensis aut poenis concupiscentiam consequentibus, unde quae fiunt ex concupiscentia antecedente

fuit quidem cum repugnantia concomitante de ipso effectu incontinentiae non vero de actione.

De Libertate

Quadruplex praesertim sententia circa libertatem numerari potest.

1.a Est Lutheri et Calvini qui liberum arbitrium sustulerunt omnino, afferentes hominem inseparabili quadam necessitate determinari et ad malum et ad bonum huic juxta illos hereticos liberum arbitrium in hominibus titulus sit sine re attamen ne odium bonorum omnium sibi conflarent retinentes liberi arbitrii nomen dixerunt illud sic posse cum caeca necessitate, id est quae non oriatur ex cognitione, ex qua quidem sententia actiones brutorum et actus nostri indeliberati v. g. motus primo primi quae sullam praesupponunt deliberationem et cognitionem sunt liberi. hos errores damnavit Sinodus tridentina sessione sexta canone quinto his verbis si quis liberum hominis arbitrium post adae peccatum amissum aut extinctum dixerit, aut rem esse de solo titulo immo rem sine re, figmentum denique a Satana invectum in ecclesiam anathema sit.

2.a Est non nullorum qui liberum et voluntarium

promiscue Summum, docemque Cum libero arbitrio stare
posse necessitatem quae ex Cognitione oritur quare
asserunt actus vel necessarios qui oriuntur ex Cogniti
one, hic liberos qualis est actus quo beati in Caelis deum
amant, et quo simul cum filio producit producit
Spiritum Sanctum. qualis est etiam amor quo Deus
Suam bonitatem amat.

3.a Est eorum qui definiunt liberum arbitrium
facultatem qua positis omnibus ad agendum requi
sitis possumus agere vel non agere unde juxta
illam opinionem essentia liberi arbitrii Consistit
in differentia activa absoluta, et aequilibrii in
utramque partem versatili quae absolute ordine
finis minime temperetur.

4.a Est Sancti Thomae a quo liberum arbitrium
definitur facultas electiva mediorum servato ordine
finis.

Quod spectat ad opinionem Lutheri et Calvini
non modo falsa est, sed etiam heretica, ut videbitur
infra.

Conclusio 1.a

Libertas non Consistit in Solo voluntario

Probatur nam si libertas Consisteret in solo volun
tario omnis actus voluntarius foret liber atque omnis

actus voluntarius liber non est nam actus quo quisque hominum cupit beatus esse voluntarius est, actus quo pater aeternus generat filium et actus quo pater et filius producunt Spiritum Sanctum sunt voluntarii atqui non sunt liberi nam illi actus liberi dici non possunt qui necessario fiunt atqui ejusmodi actus sunt necessarii, siquidem fieri non potest ut aliquis homo non velit esse beatus, pater aeternus non generet filium pater et filius non producant Spiritum; ergo &c.

Et certe si libertas posita foret in solo voluntario qui negarunt libertatem negassent et voluntarium atqui plurimi negarunt ~~voluntarium~~ liberum arbitrium nunquam vero negarunt voluntarium tales fuerunt Stoici qui fingebant hominis voluntatem ~~subjici~~ fato, et necessitati cuidam inevitabili et profluente tumultu siderum virtute et efficacia pariter Stanichei negarunt libertatem dum statuerunt voluntatem hominis arcano quodam motu ineluctabiliter determinari ad bonum et malum: ad bonum quidem a 1° principio omnium bonorum ad malum vero a 1° principio omnium malorum; illi inquam, negarunt liberum arbitrium, atqui tamen non negarunt voluntarium, ~~siquidem~~ siquidem omnes ad unum fatebantur nos sponte et voluntarie agere non vero coacti, cum inclinatione non cum

repugnantia; hoc &c.

Denique si voluntarium et liberum hsent quid unum et idem sicut libertas sufficit ad merendum et demerendum ita sufficeret voluntarium, atqui id dici non potest ut patet ex tertia quinque famosarum propositionum his verbis concepta ad merendum aut demerendum in statu naturae lapsa non requiritur libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione; quae propositio accedente consensu ecclesiae nimo postulante clero Gallicano damnata fuit a summis pontificibus innocentio 10, et alexandro septimo; hoc &c.

Obj. 1.° ex Sancto Augustino ubi voluntas ibi libertas hoc liberum et voluntarium sunt quid unum et idem.

Respondeo 1.° Dis. Antecedens: ubi voluntas ibi libertas a coactione et necessitate caeca Con. Antecedens ubi voluntas ibi libertas a necessitate nego non caeca et naturali Antecedens Ergo &c distingo consequentiam liberum a coactione caeca et necessaria duntaxat et voluntarium sunt quid unum et idem concedo consequentiam secus et nego Conse.

Itaque licet fateamur ubi hic voluntas, ut habet S. Augustinus, ibi hsc libertatem a coactione et necessitate caeca qualis reperitur in brutis animantibus, attamen non inde sequitur ubi hic voluntas ibi hsc libertatem a necessitate non caeca et naturali quae

oritur ex Cognitione, quia amor quo beati in Cœlis Deum amant est maxime voluntarius attamen non est liber a necessitate non Cœca cum necessario oriatur ex Cognitione Dei.

Res. 2°. Con. Ante nego Consequentiam nam ubi intellectus ibi voluntas; attamen intellectus et voluntas non sunt quidunum et idem quapropter hæc verba Augustini ubi voluntas ibi libertas non significant voluntatem et libertatem sive quidunum et idem vel actum liberum et voluntarium non distinguit, sed declarant duntaxat libertatem et voluntatem sive facultates inseparabiles sicut intellectus et voluntas separari nequeunt igitur quemadmodum ex inseparabilitate intellectus et voluntatis non sequitur 1° intellectum et voluntatem sive quidunum et idem ~~aut actum liberum et voluntarium~~ 2° intellectionem et volitionem non posse separari aut sive quidunum et idem ita ex inseparabilitate voluntatis et libertatis non sequitur voluntatem et libertatem sive quidunum et idem aut actum liberum et voluntarium non posse distingui; enim vero facultates sunt essentiales substantiæ spiritali cui tanquam alicui tertio essentialiter conjunguntur; at vero functiones sunt aliquando contingentes proinde quæ licet facultates sint inseparabiles, non idcirco sequitur functiones esse

etiam inseparabiles, ergo quamvis libertas sit inseparabilis a voluntate attamen actus voluntatis separari potest ab actu libertatis nec sunt quid unum et idem.

Obj. 2.° illud est liberum quod est in nostra potestate atqui omnis actus libertatis est in nostra potestate ergo &c.

Nego minorem illud enim non est in nostra potestate quod non sumus domini atqui non sumus domini omnium actuum nostrae voluntatis, si quidem non sumus domini illorum actuum qui inclinatione naturali vel objecti impressioni omnino subjiciuntur, atqui tales sunt plurimi actus nostrae voluntatis, sic in homine amor beatitudinis subjicitur inclinationi naturali amor dei in beatis mentibus subjicitur impressioni divinae ergo &c.

Ins. illud est vere liberum quod agimus quando volumus, et quod non agimus quando nolumus atqui quidquid est voluntarium id agimus quando volumus et illud non agimus quando nolumus ergo &c.

Dis. maj. illud vere liberum est in nostra potestate quod agimus quando volumus, et quod non agimus quando nolumus voluntate ut est indifferens, libera et suorum actuum domina Con. maj. voluntate

ut sit determinata nego majorem

Siquidem quod agimus voluntate libera et domina suorum actuum, illud sit liberum et in nostra potestate; sed quod agimus voluntate ut sit determinata, illud non sit liberum et in nostra potestate porro multi sunt actus nostrae voluntatis qui quae ab ipsa non proficiscuntur pro ut determinata sit qualis sit amor beatitudinis ut sic in homine et amor Dei in beatis mentibus ut necessario oritur ex cognitione Dei intuitiva.

Obj. 3.° voluntarium et liberum sunt quid unum et idem si necessitas simplex non tollat liberum arbitrium, atqui simplex necessitas non tollit liberum arbitrium nam in Sancto Augustino libro 5.° de Civitate Dei capite decimo sic ea definitur necessitas secundum quam dicimus necesse esse ut ita sit aliquid vel ita fiat; nescio cur eam timeamus ne nobis aufferat libertatem voluntatis nam Deum necessario libere dicimus, et cuncta praescire nec tamen minus liberum intelligimus.

Dis maj. voluntarium et liberum sunt quid unum et idem si necessitas simplex respectu unius et ejusdem objecti non tollat liberum arbitrium respectu

~~aliorum~~ ejusdem objecti Con. maj. Si non tollat respectu alio
rum objectorum nego maj. atqui &c. distingo minorem
necessitas simplex respectu unius objecti non tollit libertat
em respectu aliorum objectorum Concedo minorem respec
tu ejusdem objecti nego minorem Ergo &c.

Itaque simplex necessitas respectu unius objecti non
tollit libertatem arbitrium respectu aliorum objectorum
v.g. necessitas respectu finis ultimi, non tollit libertatem
respectu mediorum pariter Deus necessario vivit, et tamen
libere operatur ad extra at vero necessitas unius tollit liber
tatem respectu ejusdem, id est non potest dari libertas et
necessitas respectu unius et ejusdem objecti. illud enim
non debet dici liberum a quo quis non potest abstinere se,
ut habet Augustinus, hinc Deus necessario vivit non vero
libere.

Obj. 4º. Ex Sancto Thoma sicut sola Coactio opponitur
voluntario ita et sola Creatio opponitur libero, Ergo &c.

Dis. Antecedens sicut sola Coactio generice et late sumpta
pro qualibet necessitate sive extrinseca sive intrinseca,
opponitur voluntario, ita et opponitur libero Con. Antece
sicut sola Coactio stricte sumpta pro vi seu necessitate extrin
seca tantum opponitur voluntario, ita opponitur libero
nego Antecedens Ergo &c.

Itaque si nomine Coactionis intelligatur quaelibet
necessitas sive sit extrinseca, sive intrinseca, sola Coactio

opponitur voluntario et libero, at vero si nomine coactionis intelligatur, ut vulgo solet intelligi necessitas tantum extrinseca non sola coactio opponitur libero, sed praeterea opponitur illi, necessitas naturalis, qua necessario et antecedenter voluntas determinatur ad aliquid ut videre est in homine qui quamvis beatitudinem voluntarie amet eam tamen libere non amat pariter amor Dei in beatis mentibus pariter voluntarius non vero liber quia ab eo abstinere non possunt ex iis quae dicta sunt de voluntario patet quandam indifferentiam esse de ratione libertatis; quapropter de indifferentia nobis est agendum.

De indifferentia

Indifferentia generatim definiri potest formalitas quae sit aliquod fit capax hujusvel alterius formae sive oppositae sive disparatae.

Duplex distinguitur indifferentia nimirum activa et passiva.

Indifferentia passiva est ea quae non habet vim sui ipsius determinatricem, sed est tantum determinabilitas ab aliotalis est indifferentia in materia ad omnes formas recipiendas.

Indifferentia activa est ea quae habet vim sui ipsius determinatricem seu est vis sui ipsius determinatrix et duplex distinguitur nimirum positiva et negativa.

166 Indifferentia activa negativa sit negatio omnis plane determinationis seu quaedam animi dispensio quaquis manet incertus, de eo quod agat.

Indifferentia activa passiva sit vis quaquis ex praevia Electione se se determinat ad unum potius quam ad aliud, et haec triplex distinguitur nempe indifferentia contrarietatis, seu specificationis indifferentia disparitatis et indifferentia contradictionis.

Indifferentia contrarietatis seu specificationis sit vis eliciendi unum actum vel jetius contrarium v.g. amandi vel odio habendi bene aut male habendi.

Indifferentia ~~contrarietatis seu specificationis~~ disparitatis sit vis eliciendi plurimos actus disparatos, v.g. sobrietatis liberalitatis justitiae &c.

Indifferentia contradictionis seu exercitii sit vis agendi vel non agendi amandi vel non amandi, his positis sit

Conclusio 1.a

Indifferentia negativa est de ratione libertatis.

Probatur nam indifferentia negativa est negatio omnis plane determinationis et quaedam animi suspensio quaquis est omnino incertus de eo quod agere debet; atqui haec privatio determinationis seu animi suspensio non est de ratione libertatis: nam Deus in productione creaturarum fuit liber atqui tamen ab aeterno fuit determinatus ad jetas producendas, nec unquam habuit jetam animi suspensionem, pariter Christus fuit liber usque ad mortem et mortis

Circonstantias attamen nunquam expertus est suspensionem et incertitudinem animi circa mortem subeundam hoc &c.

Et certe si indifferentia negativa esset de ratione libertatis quidquid minuit jetam indifferentiam minueret libertatem, et consequenter meritum et demeritum atqui id dici non potest alioquin justi in suis actibus minus mererentur, et improbi minus peccarent, quia jeli in bono sic in malo tamen animi suspensionem et incertitudinem non patiuntur hoc &c.

Conclusio 2.a

Indifferentia activa positiva est de ratione libertatis

Pro. nam indifferentia activa positiva est vis seu capacitas, amplitudo et superioritas substantiae spiritali qua pluribus inter se comparatis relicto uno ad aliud se se convertit; atqui capacitas superioritas est de ratione libertatis quapropter reperitur in quovis ente libero, et quo major est perfectior est libertas quia est perfectior est vis electiva hoc &c.

Conclusio 3.a

Indifferentia contrarietatis ad malum et bonum non est de essentia libertatis.

Pro. nam deficere posse non est de essentia illius facultatis, sic caecutire posse non est de ratione virtutis ~~intellectivae~~ visivae et hrare posse non est de ratione virtutis intellectivae: atqui peccare est multo magis deficere quam caecutire, ant falli hoc hrare posse seu habere indifferentiam ad bonum et ad malum non est de ratione libertatis, quapropter Deus, Christus, Angeli qui perfecta pollent libertate nullam tamen habent indifferentiam ad bonum et malum hoc &c.

Dices Scriptura et patres saepe explicant liberum arbitrium per vim electivam boni et mali ergo &c.

Dis. Antecedens explicant liberum arbitrium per vim electivam boni et mali tanquam per aliquid, quod si conjunctum sit in hac vita con. antecedens tanquam per aliquid ipsi essentiale nego antecedens ergo &c.

Itaque patres explicant liberum arbitrium per potentiam peccandi sicut saepe definiunt hominem per mortalitatem quamvis appropriae sciant ad hominis essentiam et perfectionem non pertinere quod sit mortalis; ergo &c.

Conclusio 4.a

Indifferentia contradictionis est de ratione libertatis.

Pro. nam illud est de ratione libertatis, quod nullam dicit imperfectionem, et per quod homo concipitur habere jus et dominium in suos actus: atqui indifferentia contradictionis est ejusmodi 1.o nullam dicit imperfectionem, ut patet, quia respicit media non vero finem ultimum 2.o per illam homo concipitur habere jus et dominium in suos actus: tunc enim homo jus et dominium habet in suos actus, quando potest illos ponere vel non ponere ad libitum: atqui per indifferentiam activam contradictionis homo concipitur habere potentiam ponendi vel non ponendi suos

actus ad libitum. nam homo habet potentiam ponendi vel non ponendi suos actus ad libitum quando agere et non agere sit in illius potestate: atqui per indifferentiam contradictionis ipsum agere et non agere sit in potestate hominis, cum haec indifferentia nihil aliud sit quam vis et potestas qua homo potest agere vel non agere; ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.° illud non sit de ratione libertatis, quod dicit defectum et imperfectionem: atqui indifferentia contradictionis sit ejusmodi. nam dicit potentiam non agendi atqui potentia non agendi sit imperfectio ergo &c.

Nego minorem ad cujus probationem dis. maj. dicit potentiam non agendi quae oritur ex jure et dominio animae in suos actus et quae conjuncta sit cum potentia agendi con. maj. dicit potentiam non agendi ortam ex indigentia alicujus ad agendum requisitae quae non sit conjuncta cum potentia agendi nego maj atqui &c. distincta pariter minore nego conse.

Itaque indifferentia contradictionis dicit potentiam non agendi quae conjuncta sit cum potentia agendi et quae proinde nullam dicit imperfectionem cum oriatur ex jure et dominio animae in suos

actus quo fine possit illos ponere vel non ponere ad libitum.

Ms. atqui potentia non agendi etiam orta sit jure et dominio animae in suos actus sit imperfectio nam posse carere perfectione sit imperfectio: atqui potentia non agendi sit posse carere perfectione, ergo &c.

Nego subsumptum ad cujus probationem dis. minorem potentia non agendi circa finem ultimum sit posse carere perfectione con. minorem potentia non agendi circa bona particularia sit posse carere perfectione nego minorem ergo &c distingo consequens potentia non agendi circa finem ultimum sit imperfectio con. consequentiam circa bona particularia nego consequentiam.

itaque posse non agere circa finem ultimum sit imperfectio, quia circa finem ultimum, id est bonitatem summam et supremam praestat agere quam non agere, cum in amore finis ultimi, id est, Dei qui est summa bonitas, consistat maxima hominis perfectio, at vero posse non agere circa bona particularia non semper sit imperfectio quia aliquando satius sit non agere, quam agere circa bona ejusmodi, quae saepe fuerat sum et ementita in quorum proinde amore posita non est maxima

hominis perfectio porro potentia non agendi de qua disputamus respicit tantum bona particularia non finem ultimum unde libertas definitur Vis Electiva mediorum servato ordine finis.

Obj. 2.° Deus fuit liber circa mundum producendum atqui nunquam fuit indifferens ad mundi productionem nam ille nunquam fuit indifferens qui fuit ab æterno determinatus ad mundi productionem atqui Deus &c.

Nego minorem ad cujus probationem dis. maj. ille nunquam fuit indifferens qui ab æterno determinatus fuit determinatione antecedente con. maj. determinatione consequente nego majorem atqui &c. distincta pariter minore nego consequentiam.

Itaque duplex distinguitur determinatio antecedens et consequens.

Determinatio antecedens est ea quæ antecedit consensum voluntatis et quæ ita oritur ab extrinseco ut sic ut nobis et nova nobis tatis est determinatio voluntatis ad bonum ut sic.

Determinatio consequens est ea quæ subsequitur consensum liberum voluntatis ~~est~~ est illius effectus.

Equidem ille nunquam fuit indifferens qui ab æterno determinatus fuit determinatione Antecedente; at vero ille fuit indifferens qui ab æterno determinatus fuit determinatione Consequente porro Deus determinatus fuit determinatione Consequente ab æterno ad mundum producendum; id est dependente a libero suæ voluntatis Consensu quæ determinatio non Excludit indifferentiam activam, sed deus nunquam fuit determinatus determinatione Antecedente quia se se ab æterno libere determinavit ad producendum mundum nec ab alio determinatus est quapropter ab æterno fuit simul indifferens antecedenter et determinatus Consequenter. 1.º fuit Antecedenter indifferens cum enim sit independens, omnibus entibus superior et sibi sufficientissimus creaturis non indiget nec proinde invitus aut necessario et ex naturæ suæ Conditione has produxit. 2.º ab æterno fuit determinatus Consequenter, quia nullum fuit instans quo Deus suspensus heserit circa mundi Productionem.

Ins. ille non fuit indifferens, qui non potuit non facere id quod hoc optimum et perfectissimum;

atqui talis fuit Deus; ergo &c.

Dis. maj. ille non fuit indifferens, qui non potuit non facere id quod erat optimum et perfectissimum quoad intitatem Con. maj. quoad habitudinem ad finem nego Maj. atqui &c.

Itaque Deus pro infinita sua sapientia in productione creaturarum non potuit non producere id quod hat optimum et perfectissimum secundum habitudinem ad finem quem sibi proposuerat cum sapientia lluceat in ordinatione eorum quae sunt ad finem; sed Deus potuit non producere et revera non produxit id quod hat optimum et perfectissimum secundum intitatem; si quidem absolute potuit producere mundum perfectiorem, et de ratione infinitae et inhexaustae illius potentiae sit in producto quocunque opere aliud perfectius producere possit, et isto aliud iterum perfectius in infinitum.

Obj. 3.° Christus fuit liber circa mortem subeundam: atqui Christus nunquam fuit indifferens circa mortem; ergo &c.

Dis. minorem Christus nunquam fuit indifferens indifferentia negativa ad mortem Con. minorem positiva et activa nego minorem Ergo &c. dis. Consequens

174 indiferentia negativa et æquilibrii non sit de rati
one libertatis Con. Consequentiam indifferentia positiva
activa et electionis nego Consequentiam.

Itaque duplex ut supra diximus distinguenda sit
indifferentia nimirum negativa et positiva.

Indifferentia negativa est negatio plane
determinationis, seu quædam animi suspensio
qua quis manet incertus quod agere debet.

Indifferentia positiva sit vis qua voluntas
ad unum se se determinat.

Equidem Christus nunquam fuit indifferens
indifferentia negativa circa mortem subeundam,
quia nunquam mansit dubius et incertus circa illam;
at vero indifferens fuit indifferentia positiva, quia
se se ad mortem libere determinavit.

Ins. ille non fuit indifferens indiferentia positiva
circa mortem qui illam necenario passus: atqui Christus
necenario mortem subiit; ergo &c.

Dis. maj. qui illam necenario passus est necessitate Antece
dente Con. maj necessitate Consequente nego maj atqui &c.

Itaque duplex sit necessitas Antecedens et Consequens.
Necessitas Antecedens sit ea quæ ita Antecedit Consensum
nostrum, ut sit in Nobis non a nobis, talis sit necessitas

moriendi in homine.
Necessitas consequens est ea quae consequitur ex consensu volun
tatis et quam sibi imponit agens; unde est in nobis a nobis
Equidem ille non fuit indiferens indiferentia positiva
circa mortem qui ille tam passus est necessario necessitate ante
cedente, quia ille necessitas tollit electionem et consequenter
indifferentiam positivam: at vero ille fuit liber circa mor
tem qui eam passus est necessario necessitate consequente
porro Christus debuit pati mortem necessitate consequente
non vero antecedente: nam qui debuit subire mortem
quia hanc necessitatem sibi imposuerat ille non passus
est mortem ex necessitate antecedente: atqui ideo Christus
debuit subire mortem quia hanc necessitatem sibi impo
suerat. Ruin vero Christus est persona divina cui natura
humana est hipostatice unita: atqui persona divina
cui natura humana hipostatice conjungitur sibimet
imponit necessitatem moriendi si quidem persona
divina libere ~~assumpsit~~ naturam humanam quia
verbum libere caro factum est et habitavit in nobis. unde
haec persona aliam non habuit necessitatem circa
mortem, quam habet Deus circa promissa sua: atqui
Deus necessario exequitur promissa sua, non quod nobis
debitor sit, sed quia fidelis est et potens reddere ea
quae repromisit diligentibus se: ~~uno~~ verb quia hanc

necessitatem sibi libere imposuit.

Quaeritur ibi utrum Christus etiam quatenus homo fuerit indifferens indifferentia positiva et activa circa mortem subeundam et illius circonstantias, ita ut ab omni necessitate fuerit immunis.

Respondent nonnulli in Christo duae sunt voluntates, divina et humana, quemadmodum definitum fuit adversus monothelitas. Voluntas divina, inquiunt, fuit indifferens circa mortem subeundam et illius circonstantias, non ita voluntas humana, quod non impedit, quominus Christus etiam ut homo fuerit liber circa mortem subeundam. nam illae duae voluntates sunt facultates unius et ejusdem suppositi. porro quando adsunt facultates unius et ejusdem suppositi, licet una ex illis facultatibus non sit ratione sui precise indifferens, attamen illius actio censeri debet indifferens, libera et meritoria dummodo fiat et exerceatur ad nutum et imperium facultatis liberae ejusdem suppositi quod quidem patet, inquiunt in puro homine v.g. in nobis intellectus ratione sui precise non sit indifferens et liber, attamen illius actio censeri debet indifferens, libera et meritoria, modo fiat ad nutum et arbitrium libertatis. Pariter in Christo licet voluntas humana ratione sui

precise non fuerit indifferens circa praecepta a Patre
imposita attamen illius actio puta obedientia
circa mortem mortisque circonstantias censeri debet
indifferens libera et meritoria. nam actio illa fiebat
et exercebatur ad nutum et arbitrium voluntatis. jam
vero divina voluntas hac facultas indifferens et libera
ejusdem suppositi nimirum Christi ergo mors Christi
et illius obedientia censeri debent actiones indiferentes,
liberae et meritoriae.

Denique volunt hinc non sequi Christum minus
meritum fuisse, imo, inquiunt, infinite meritus
est, quia obedientia et ceterae illius actiones fiebant
et exercebantur ad nutum et arbitrium voluntatis
divinae quae erat facultas indifferens et libera ejus
dem suppositi. hac ratione dicunt impeccabilita
tem Christi consiliari posse cum ejus libertate hic
etiam explicant quomodo singulae illius actiones humanae
quae fiebant ad nutum et arbitrium divinae volun
tatis fuerint infiniti valoris et pretii

Alii respondent et quidem ex illis atque tutius volun
tatem humanam per se in Christo indifferentem fuisse
circa redemptionem generis humani mortem et
omnes mortis circonstantias in se ipsis spectatas,
et ad eas nulla vi nullaque antecedente necessitate

impulsa, sed sola Caritate in patrem. Hinc ut homo habuit illam indifferentiam, qua potuit rebus a patre imperatis abstinere, si ipse in se ipso et res in se ipsis spectentur, sed haec indifferentia Caritati et obedientiae ita erat addicta ut a peccandi potestate omnino haec aliana atque adeo longe diversa fuit ab indifferentia Caeterorum viatorum; quapropter consensus humanae voluntatis fuit liber et indifferens ad haec omnia per se spectata unde illa scripturae verba nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam a me ipso et potestatem habeo ponendi eam: unde praedictum fuerat de ipso, oblatus est, quia ipse voluit.

Obj. 4.° si indifferentia esset de ratione libertatis, quo major foret indifferentia, eo major foret libertas; et quo minor esset indifferentia, eo minor pariter esset libertas: atqui id dici non potest, alioquin Celerati qui ex habitudine peccant minus peccarent, ut pote minus indiferentes; et justi qui ex habitu Deum amant et bene agunt, minus mererentur; ergo &c.

Dis. maj. si indifferentia negativa et Equilibrii esset de ratione libertatis, quo major foret ~~libertas~~ indifferentia negativa et Equilibrii, eo major foret libertas Con. maj. si indifferentia positiva esset de ratione libertatis quo

major foret indifferentia negativa et Equilibrii eo major
foret libertas nego maj: atqui &c distingo minorem quo
major est indifferentia negativa, non eo major est libertas
Con. minor quo major est indifferentia positiva non eo major
est libertas nego minorem; ergo &c.

Itaque ut supra dictum est, libertas non Consistit in
indifferentia negativa et Equilibrii, qua scilicet voluntas
suspensa maneat instar bilancis huic et inde aequali-
bus libratae ponderibus sed Consistit in indifferentia posi-
tiva et electionis, quae est vis, qua voluntas potest se ad
unum potius quam ad aliud determinare: porro licet
habitus, tum boni, tum pravi, tollant indifferentiam
negativam et equilibrii qua voluntas suspensa manet
instar bilancis aequalibus ~~ponderibus~~ libratae ponderibus quibus inclinant
voluntatem in unam potius quam in aliam partem,
attamen non tollunt indifferentiam positivam et
electionis: si quidem unusquisque in se ipso experitur
sive ex bono habitu agat, sive ex pravo, sive ex Concupis-
centia, sive ex gratia, sive ad agendum aut non agendum
vel etiam ad Contrarium se se determinare, cum nun-
quam careat rationibus ad utrumlibet inclinantibus.
quapropter ex nostra sententia nihil quidquam potest
inferri quod minuat meritum in justis et peccatum
in improbis

Ins actus non destruit potentiam: atqui si indiffer-
entia esset de ratione libertatis, actus liber destrueret

potentiam atq
atqui determinatio destruit indifferentiam; hgo &c
Nego minorem ad cujus probationem dis. maj. determi
natio destruit indifferentiam negativam
et equilibrii positivam et electionis nego minorem;
hgo &c distingo consequens libertas non consistit in
indifferentia negativa et equilibrii concedo conseq
uentiam in indifferentia positiva et electionis nego
consequentiam
Ex his omnibus sequitur libertatem facultatem esse
non vero habitum, nam habitus quilibet supponit
facultatem cujus sit habitus: porro libertas seu liberum
arbitrium nullam supponit facultatem cujus sit
habitus. quare libertas non debet dici habitus sed
facultas et principium eorum actuum qui reperiuntur
tuo in agente libero quatenus liberum est.

Quaeritur quomodo definienda sit libertas.

Conclusio 5a

Libertas definiri debet facultas electiva medio
rum servato ordine finis
Pro. nam libertas sic definiri debet si haec definitio
sit legitima atqui res ita se habet nam illa definitio
legitima est in qua actio propria facultatis et objectum
exprimuntur; cum enim facultates specificentur
ab objectis in earum definitione reperiri debet objectum

et actio qua facultates versantur circa objecta: atque in
illa definitione reperitur 1.° objectum liberi arbitrii,
puta media, ut media sunt. 2.° reperitur actio liberi
arbitrii propria, nimirum Electio; ergo &c.
Et certe hac definitio caeteris est anteponenda, quam
tradidit Sanctus Thomas: atqui hanc nostram definiti
onem proposuit Sanctus thomas questione 13 primae
partis Articulo 3.° his verbis dicendum quod principium
liberi arbitrii est Electio. Et hoc enim liberi arbitrii esse
dicimur, quod possumus accipere unum alio recusato,
quod est eligere, et ideo naturam liberi arbitrii ex Electio
ne considerare oportet.
In hac definitione ponuntur haec verba servato ordine
finis, quia libertas ex natura sua non versatur circa
finem ultimum sed circa sola media in ordine ad
ipsum finem. huic ex Aristotele Electio est tantum
eorum, quae sunt ad finem deinde Deus Christus
beati sunt liberi: atqui Deus non est liber circa se
ipsum amandum; libertas Christi temperabatur per
ordinem ad finem; beati non sunt liberi in amore
quo Deum prosequuntur. pariter nostra libertas non
versatur circa finem ultimum puta beatitudinem
ut sic quam necessario appetimus.
Hinc sequitur 1.° minus accuratam hac definitionem
libertatis qua dicitur facultas qua positis omnibus

ad agendum praerequisitis possumus agere vel non agere. 1.° quia nulla fit mentio objecti libertatis, si quidem nihil dicitur de mediis aut fine; 2.° quia indifferentia qualis exprimitur hac definitione, nempe sine ordine ad finem ultimum, sit defectus libertatis, non libertas.

2.° Sequitur rejiciendam hic definitionem qua liberum arbitrium dicitur potentia vivendi ut velis; 1.° quia posita illa definitione voluntarium cum libero potest confundi, v. g. actus versus finem ultimum qui voluntarius tantum sit posset dici liber, quia fit ut velis. 2.° in hac definitione nulla fit mensio de objecto libertatis.

3.° Sequitur minus legitimam hic hanc alteram definitionem qua libertas definitur a non nullis firma adhesio ipsi deo vel independentia a rebus creatis; 1.° quia videtur excludere potentiam peccandi, quae in homine viatore reperitur juncta cum libero arbitrio; 2.° quia dicit potius actum libertatis, quam ipsam libertatem; 3.° quia electio, propria libertatis actio non exprimitur.

De Subjecto Libertatis

Quaeritur in quo nam subjecto residere possit libertas.

Respondeo 1.° libertatem non habere subjectum quo, quia cum sit facultas debet recipi immediate in substantia.

Res. 2.° libertatem residere tantum posse in substantia spiritali; quare sit

Conclusio 1.ª

Libertas potest tantum residere in substantia spiritali

Probatur nam libertas potest tantum residere in la substantia, quae potest eligere media servato ordine finis: atqui sola substantia spiritalis potest eligere media servato ordine finis; nam ella substantia potest sola eligere media servato ordine finis, quae sola potest intelligere quid sit medium, quid finis, quid proporsio mediorum cum fine: atq sola substantia spiritalis potest intelligere quid sit medium, quid finis, quid proporsio mediorum cum fine, quandoquidem haec sola substantia capax sit perceptionis et judicii, ergo &c.

Nunc sequitur 1.° materiam non esse liberam quia

omni cognitione destituta sit 2.° belluas non sine libertatis capaces, quia in illis nulla etiam sit perceptio, nullum judicium, proindeque nulla electio, sine qua tamen libertas stare non potest. 3.° sequitur Deum Christum Angelos et ipsum hominem libertate pollere, cum Deus Angeli et mens humana sint substantiae spiritales et consequenter perceptionis atque electionis capaces, sed haec in forma probari debent itaque sit

Conclusio 2.a

Deus perfectissima libertate gaudet in suis actibus transeuntibus et ad extra.

Pro nam actus transeuntes et ad extra respectu Dei sunt v. g. creatio, conservatio, premotio, concursus. atq Deus perfectissima libertate gaudet in ejusmodi actibus. qui enim nulla necessitate neque extrinseca, neque intrinseca adduci potuit ut mundum produceret, perfectissima libertate gaudet in creatione caeterisque actibus subsequentibus creationem: atqui Deus nulla necessitate neque extrinseca neque intrinseca adduci potuit ut mundum produceret. 1.° nullam habuit necessitatem intrinsecam, cum enim sibi sit sufficientissimus creaturis non indiget, nec proinde necessario aut ex natura sua conditione eas produxit; 2.°

nullam habuit necessitatem extrinsecam, tum quia ex omnino independens tum quia nullam hac hac a quo determinaretur ad productionem mundi; ergo &c.

Solvuntur objec.

Obj. 1º modus agendi sequitur modum essendi atqui Deus necessarii existit; ergo &c.

Dis. maj. modus agendi sequitur quoad aliqua modum essendi con. maj. quoad omnia nego maj. itaque modus agendi sequitur modum essendi quoad aliqua, v.g. si substantia agens sit finita in suis perfectionibus, illius actiones erunt etiam finitae, verum modus agendi non sequitur modum essendi quoad omnia; alioqui quemadmodum agens ex substantia ita actio debet esse substantia quod ex absurdum.

Obj. 2º qui determinatus fuit ab aeterno ad mundi productionem, ille non fuit perfectissima libertate circa mundi produxionem, atqui Deus ab aeterno determinatus fuit ad mundi produxionem ergo &c.

Dis. maj. qui determinatus fuit determinatione antecedente ab aeterno con. maj. determinatione consequente nego maj. atqui &c. dis. p. mi. nego conse

patet solutio hæ dictis circa libertatis hæentiam.

Ins. omnis causa libera debet hæc indifferens: atqui si Deus determinatus fuit ab æterno nunquam fuit indifferens hgo &c.

Nego maj. omnis causa libera debet esse indiffe indifferentia negativa con. maj. positiva nego maj.

itaque duplex est indifferentia ut jam sæpe diximus minorum negativa quæ est negatio omnis plane determinationis seu quædam animi suspensio qua quis manet incertus de loquo agere debet, et positiva, quæ est vis qua agens se se determinat ad unum potius quam ad aliud. hæc posteriora requiritur ad libertatem non vero prior ut ostendimus ubi de libertatis hæentia.

Ins. atqui causa libera debet remanere indifferens indifferentia negativa antequam agat, hgo &c.

Dis. subsumptum causa libera et creata finita quæ in suis cognitionibus, transeat, increata et infinita in suis cognitionibus nego subsumptum

itaque cum causa libera creata finita sit in suis cognitionibus, sæpe statim non detegit rationes agendi et non agendi: unde aliquando indiget discursu et

multa attentione ut videat quid sit agendum vel omittendum; quo fit ut per aliquod tempus remaneat suspensa et anceps antequam se se determinet. Verum res aliter se habet quando agitur de causa increata, quae cum sit infinite intelligens et nihil quidquam ignoret in rebus agendis suspensa et anceps remanere non potest circa ea quae sunt agenda vel non agenda.

Dixi transeat quod causa libera creata debeat remanere suspensa et anceps antequam se se determinet; id enim non semper contingit, nec causae creatae semper experiuntur hanc animi suspensionem et vacillationem; indifferentia enim negativa et aequilibrii non est essentia libertatis creatae ut diximus.

Conclusio 3.a

Deus non est liber in iis actibus qui proprie dicuntur immanentes.

Pro. nam illi actus sunt ii v. g. quibus Deus se ipsum cognoscit et amat quibus producit filium et spiritum sanctum: atqui Deus non est liber circa ejusmodi actus. nam Deus non est liber circa hos actus, qui in ipso essentialiter et necessario reperiuntur. atqui tales sunt actus supradicti; Deus enim

necessario se cognoscit et amor necessario producit filium et spiritum sanctum; hoc &c.

Conclusio 4.a

Homo est liber.

Pro. nam ille est liber, qui dominus est suorum actuum et illos potest ad libitum ponere vel non ponere. atqui homo est suorum actuum dominus et illos ponit vel non ponit ad libitum. ille enim dominus est suorum actuum, qui de illis ponendis aut non ponendis, quotidie deliberat et consultat. atqui homo quotidie consultat et deliberat de suis actibus; hoc &c. hinc praemia virtutibus vitiis supplicia decernuntur.

Et certe ille liber censeri debet, qui vel caeco naturae impetu fertur in objecta ut bellua, nec turbulentis et rationis usum impedientibus motibus abripitur, ut frenetici, amentes et quotquot motibus primo primis aguntur. hujusdemque capacitas impressione objecti non ita expletur ut illico sensus ad esse verum et summum bonum, cujus sola fruitione beari potest. atqui talis est homo, ut quisque propria experientia compertum habet; hoc &c.

Denique ille liber habendus est quem Sacri Codices passim et ubique liberum hic declarant; atqui Sacri Codices hominem hic liberum ubique declarant Genesis C. 4.º Sub te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius deuteronomii C. 3.º V. 19. Testes invoco hodie Coelum et terram quod proposuerim vobis vitam et mortem benedictionem et maledictionem; Elige ergo vitam ut et tu vivas et semen tuum. Ex Apostolo 1.º ad Corinthios C. 7.º Versu trigesimo Septimo qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem potestatem autem habens suae voluntatis: quae quidem omnia satis commendant et astruunt hominis voluntatem ergo homo est liber

Solvuntur Objectiones

Obj. ille non est liber qui peccando perdidit suum liberum arbitrium: atqui ex Sancto Augustino homo peccando perdidit se ipsum et liberum arbitrium ergo &c.

Dis. maj. liber non est qui peccando perdidit liberum arbitrium simpliciter et quoad essentiam Con. maj. secundum quid tantum et quoad complementum nego majorem atqui &c distincta pariter minore nego consequentiam

itaque homo peccando perdidit liberum arbitrium secundum quid et quo ad complementum quia per peccatum perdidit gratias ex auxilia supernaturalia unde sequebatur summa facilitas veri in intellectu perfecti et recti in voluntate perfectumque dominium in motu partis inferioris; at vero non perdidit liberum arbitrium simpliciter et quoad essentiam; si enim sumatur pro facultate et qua tenus in vis electiva mediorum in ordine ad finem, facultates, in pote essentiales amitti non possunt: si vero sumatur pro actu, cum homo lapsus remaneat capax meriti et demeriti laudis et vituperii, necesse est ut retineat dominium in suos actus, ita ut possit illos ponere vel non ponere ad libitum.

Ins: ille perdidit liberum arbitrium absolute, qui gravi necessitate peccat: atqui ex eodem Augustino homo lapsus ex gravi necessitate peccat; ergo &c.

Dis. maj. qui gravi necessitate physica peccat con. maj. qui peccat ex gravi necessitate morali nego maj: atqui &c. dis. pariter minore nego conse.

itaque ex quo tempore homo peccavit, amisit eam quam habebat facilitatem recti in voluntate et veri in

intellectu: unde cepit sperari necessitatem moralem peccandi, id est magnam difficultatem abstinendi a peccato; non vero necessitatem physicam et absolutam cui non possit absolute resistere qualis est necessitas qua homo traditur in carcerem vel qua impellitur ad bonum ut sit.

Obj. 2.° ille liber dici non debet qui non facit quod vult atqui homo non facit quod vult nam ex Apostolo romanorum c. 7.° v. 19. non enim quod volo bonum hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago; ergo &c.

Dis. maj. ille liber dici non debet, qui non facit quod vult efficaciter con. maj. quod vult inefficaciter nego maj. atqui &c.

Itaque in homine duplex voluntas seu potius volitio distingui debet altera efficax qua hic et nunc se determinat ad aliquid agendum vel non agendum; altera inefficax qua postquam novit quid sit agendum vel omittendum, illud tamen non prestat sed descriptionis dictamen, nec illud sequitur. Scilicet ex impressionibus objectorum sensibilium plurimae fuint in nobis sensationes quarum occasione subsequuntur propensiones versus objecta sensilia. pariter ex intuitu idearum et ex reflexione atque attentione ad praecepta divina, dantur in nobis quaedam propensiones versus objecta spiritalia, jam vero ex hac duplici propensionum specie nascitur in nobis quoddam bellum

ut testimonium de quo Apostolus his verbis loquitur, sensio in membris meis legem repugnantem legi mentis meae: huic non facit homo quod vult, huic non sequitur dictamen recte rationis nihilominus inter agendum sentit et conscius est in sua semper manere potestate ut sequatur, vel non dictamen recte rationis.

Quod spectat ad locum Apostoli debet intelligi de primis concupiscentiae motibus non autem de actibus humanis, ut patet ex eo quod Apostolus addat versu 2.° si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum. Concupiscentia coloci vocatur peccatum, quia ad peccatum inclinat, ut explicat tridentina Sinodus, 2.° quia a peccato 1.i parentis traxit originem: jam vero 1.i concupiscentiae motus liberi non sunt nec imputantur homini ad peccatum, quia supponuntur excitari in nobis praeter et contra voluntatis inclinationem.

Obj. 3.° ille non est liber, qui non habet sua consilia in sua potestate: atqui homo est ejusmodi; nam proverbiorum c. decimo consilia hominis sunt in manu Dei et geremiae c. 13, non est hominis dirigere vias suas; ergo &c.

Dis. maj. ille non est liber qui consilia sua non

habet in sua potestate tanquam ad propositum et
Electionem Con. maj quando ad Exitum et ~~propensionem~~ Eventum
Nego maj.
Itaque homo Consilia sua non habet in sua
potestate quantum ad exitum et eventum sed sunt
in manu Dei, quia Deus a fine ad finem omnia
attingit fortiter licet suaviter, omnes hominum
actiones dirigit ad certos fines et potest impedire atque
etiam saepe impedit ne homo suscepta Consilia adopta
tam finem perducat at vero Consilia hominis et
hujus viae in sua potestate quantum ad Electionem
et propositum.
Obj 4.° ex Apostolo romanorum C. 9.° v. 17 igitur
non volentis neque currentis, sed miserentis est
Deus; ergo &c.
Dis maj. neque est currentis, neque volentis ex solis
naturae viribus Con. Antecedens ex gratia Christi
nego Antecedens; ergo &c
Itaque licet homo sine auxilio Dei nihil possit,
attamen omnia potest in loqui ipsum confortat.
praeterea agitur de jelis actibus, quibus merentur
vitam aeternam. hinc apostolus dicit jelos hic solius
Dei miserentis, quia necesse est ut Deus praeveniat
voluntatem humanam, verum semper relinquitur

homini libertas ad consentiendum fratiæ

Adde quod Aestius post Cagetanum putat ibi agi de prædestinatione et electione hominum ad salutem quo posito locus iste non pertinet ad liberum Arbitrium.

Obj. 5.° si homo sit liber vel antequam agat vel dum agit vel postquam egit: atqui nullum dici potest, ergo &c.

Negamus quod omnes illius partes si quidem homo 1.° liber sit ante operationem, quia habet vim se se determinandi et libere se se determinat ad hunc et nunc agendum. 2.° liber sit dum agit, quia potest quando libuerit ab agendo abstinere; 3.° denique liber sit postquam egit, quia actionem libere relinquit.

Obj. 6.° ut homo non sit liber, satis sit quod ejus voluntas necessario sequatur ultimum judicium intellectus, et ipse intellectus necessario judicet hoc et illud bonum esse alteri ante ponendum, atqui intellectus necessario judicat hoc et illud bonum esse alteri ante ponendum prout scilicet hoc vel illo objecto suavius et validius anima percellitur; ipsa vero voluntas necessario sequitur judicium ultimum intellectus; ergo in homine nulla sit libertas.

Dis maj. prioris Syllogismi satis hinquod intellectus necessario judicet hoc et illud bonum hic alteri preferendum, si ad illud judicium libere non determinetur con. maj. si ad illud judicium libere determinetur nego maj. atqui &c

Itaque intellectus necessario judicat hoc objectum hic alteri preferendum sed ad id libere determinatur a voluntate nam determinatur juxta affectiones quae in voluntate dominantur atqui illi affectiones sunt libere nisi versentur circa bonum ut sic aut circa aliquid cujus impressione tota animae capacitas expleatur, qualis est solus Deus intuitive cognitus; ergo &c.

Quanquam homo sit liber in suis actibus et eos ponat ad libitum, attamen intra agendum id semper eligit, quod videtur melius. itaque sit

Conclusio. 5.a

Voluntas semper eligit id quod videtur melius

Pro. nam quidquid habet rationem boni prae alio, illud habet rationem melioris seu majoris boni: atqui voluntas semper eligit id quod habet rationem boni prae alio. Eligere enim est plus aut magis amare; ergo sicut voluntas non amat nisi id quod habet rationem boni, ita non magis amat nisi id quod habet rationem majoris boni saltem apparentis; ergo voluntas

semper Eligit id quod melius videtur.

Solvuntur objectiones

Obj. Si Electio sit semper melioris, frustra diu deliberatur; Ergo &c.

Dis. Antecedens Si Electio sit semper melioris ex parte rei seu objecti, frustra diu deliberatur Con. Antecedens Si Electio sit semper melioris specie tenus seu apparenter nego Antecedens; Ergo &c.

Itaque Electio semper est melioris specie tenus et apparenter id est semper Eligitur id quod nobis videtur melius relative ad nos; sed saepe mens decipitur et non semper Eligit id quod melius est absolute et in se; quapropter deliberatur et proponuntur consilia ut mens humana exuta praejudiciis id quod reipsa melius est Eligat.

Ins poten supponi fieri Electionem inter bona aequalia: atqui hac in hypotesi non Eligeretur id quod melius est; Ergo &c.

Dis maj. poten supponi fieri Electio inter bona aequalia absolute Con. maj relative nego Maj: atqui &c distingo pariter minorem non Eligeretur id quod melius est absolute Con. minorem quod melius est relative nego minorem Ergo &c.

Itaque possunt supponi duo bona aequalia

Sed inter ista nulla fiet Electio donec accesserit aliqua Electio saltem apparens quae removeat aequalitatem atque adeo unum objectum fiat respectu nostri melius altero, quod quidem in nobis facta attentione quotidie experimur.

Obj. 2.° Si voluntas semper Eligit id quod melius videtur, talis Electioni nostrae necessitas imponitur, qualis amori beatorum in visione beatifica atqui id dici non potest; ergo &c.

Nego maj. et paritatem ratio disparitatis est 1.° quod visio beatifica sit objecti cujus impressione tota satiatur et impletur animae capacitas; 2.° quod sit constans et perennis, nec poenes beati voluntatem sit sam impressionem mutare et alio se convertere. Contra nullum sit objectum his in terris, cujus impressione tota repleatur mentis humanae capacitas: hinc quod nobis videtur melius hac in vita, et judicium ipsum quo id tale judicatur, ad arbitrium hominis continuo mutatur propter vicissitudinem nostrorum cogitationum et limitationem bonorum circa quae occupamur unde fit quod bonum modo videbatur paulo post malum judicetur.

Ins. illud judicium ad arbitrium hominis non mutatur, quod permanente eadem objecti impressione

et perseverante eadem Corporis dispositione nunquam mutatur: atqui tale sit judicium quo aliqui melius judicatur quia varia nostra judicia oriuntur ex variis objectorum impressionibus et ex varia Corporis nostri Constitutione proinde que vicissitudo nostrorum judiciorum non libertatem in homine sed inconstantiam impressionum et Constitutionem temperamenti varietatem arguit ita ut Anima objectorum impressionibus et dispositioni Corporis subjici non dominari videatur.

Ego minorem nam illud judicium ad arbitrium hominis mutatur, quod pendet ex libera attentione et reflectione ad impressiones quae fiunt in nobis occasione objectorum: atqui judicia quae feruntur ab homine sui in terris posito pendent ex libera reflexione et attentione ad impressiones quae fiunt in nobis occasione objectorum; semper enim sit in potestate hominis attendere ad rationes et motiva aliter judicandi etiam permanente eadem objecti impressione et perseverante eadem Corporis dispositione, 1.° quia in actibus humanis in objecti impressione quantumvis sit vehemens et valida non tollitur usus rationis et cognitio, ut fit in motibus primis,

2.° quia tota non impletur animae capacitas, ut contingit in visione beatifica; quamobrem anima sentit non adesse summum illud bonum, cujus possessione perfecte satiari possit, et consequenter habet simul rationem amandi et non amandi: hinc sit quod semper remaneat libera.

Quaeritur 1.° unde libertas suam deducat originem.

Conclusio 6.a

Libertas oritur tanquam ex fonte et radice ab ipsa naturâ spiritali animae, et amplitudine utriusque illius facultatis, nimirum intellectus et voluntatis.

Pro. nam ab eo tanquam ex fonte oritur libertas, unde anima habet ut soli bono universim addicatur, nullius que boni particularis impressioni penitus subjiciatur: atqui anima habet a sua spiritalitate et amplitudine tum intellectus tum voluntatis, ut soli bono universim addicatur nullius que boni particularis impressioni penitus subjiciatur. nam ex ipso quo anima sit spiritalis, statim intelligitur nulli addicta organo et supra se reflexiva: hinc sit quod 1.° cujuslibet objecti tum cognoscendi, tum expetendi sit capax; 2.° quod ratione intellectus ad objecti infiniti cognitionem et ratione voluntatis ad ejusdem objecti possessionem perpetuo nitatur; ergo &c.

Q. 2.° utrum libertas versetur circa finem an tantum circa media quae conducunt ad finem.

Conclusio 7.a

Libertas non versatur circa finem ultimum simpliciter.

Pro. nam libertas non versatur circa illud, circa quod nulla est virtus electiva: atqui circa finem simpliciter ultimum, id est, circa bonum in communi, nulla est virtus electiva. Electio enim est assumptio medii ad finem, hoc est, boni particularis ad bonum universale: atqui finis ultimus simpliciter non est medium et bonum universale non est particulare; ergo &c.

Et certe libertas non versatur circa illud, cui necessario addicitur homo: atqui homo necessario addicitur bono in communi, nemo enim est qui non velit se beatus; ergo &c.

Dices. Sancto Thoma voluntas libere appetit felicitatem universim; ergo libertas versatur circa finem ultimum simpliciter et universim sumptum.

Dis. Antecedens voluntas libere appetit felicitatem universim libertate a coactione, con Ante libertate a necessitate. Nego Antecedens patet solutio.

itaque Voluntas libenter et summa cum propensione amor et expetit foelicitatem universim sumptam: unde in illius prosecutione immunis est a coactione; sed non est immunis a necessitate, quia phisice et antecedenter ad hunc amorem determinatur.

Hinc sequitur 1.° primum voluntatis actum non esse liberum, sed omnino necessarium. nam in ordine naturae amor finis ultimi et boni generatim sumpti est primus voluntatis actus in quo caeteri omnes fundantur: atqui ex superiori conclusione amor finis ultimi non est liber sed necessarius est quae ipsius animae impetus a quo abstinere non possumus.

2.° Sequitur finem ut finem non esse objectum libertatis, quia objectum libertatis debet esse bonum eligibile seu appetibile cum indifferentia. atqui finis ut finis non est ejusmodi, ut patet, cum praesupponatur ante omnem electionem, et sit id propter quod eligitur, atque fundamentum cujuslibet electionis, uno verbo id quod movet agens ad eligendum.

Quotuplex sit Libertas

Nomine libertatis intelligitur quaedam immunitas hinc in solis multiplex generatim distinguitur

libertas Civilis a Miseria a peccato a coactione et a necessitate.

Libertas civilis facit hominem nimirum a dominio alterius hominis.

Libertas a miseria quae et Gloriae dicitur efficit hominem beatum, haec quae datur duntaxat in Coelo.

Libertas a peccato, quae et gratiae dicitur reddit hominem justum eumque eximit a servitute demonum.

Libertas a coactione facit ut homo voluntarie et libenter agat.

Libertas a necessitate quae et naturae dicitur facit ut agens libere et cum indifferentia agat et vocatur libertas arbitrii ~~et~~ ~~vocatur~~ seu facultas vel vis electiva.

Libertas arbitrii duplex distinguitur libertas Contradictionis et contradictionis

Libertas contrarietas est libertas actuum v.g. amandi vel odio habendi bene vel male agendi, dicitur etiam libertas specificationis.

Libertas contradictionis est libertas electiva actuum contradicentium v.g. amandi vel non amandi, vocatur etiam libertas exercitii.

Quod fit cum libertate appellatur liberum: porro

liberum multiplex sit ut supra diximus. hic autem duplex praesertim distinguitur nempe positivum et privativum

Liberum positivum nihil aliud est quam positivus actus libertatis, v. g. amor Dei ~~libe~~.

Liberum privativum est ~~omissio~~ actus positivi imperati v. g. omissio actus amoris Dei quo tempore imperatur actus ille.

Omissio duplex distinguitur pura et non pura.

Omissio pura est ea quae non adjunctum habet aliquem actum, per quem voluntas velit omissionem saltem indirecte.

Omissio non pura est ea quae adjunctum habet aliquem actum, per quem voluntas velit omissionem

Quaeritur ibi utrum dari possit omissio pura libera. alii affirmant alii negant cum prioribus sit

Conclusio

Dari potest omissio pura et libera.

Pro. nam omissio pura libera est ea, quae nullum habet adjunctum actum positivum, per quem voluntas velit omissionem saltem indirecte: atq dari potest omissio sine ullo actu positivo voluntatis, per quem voluntas velit omissionem. ad hoc satis est quod voluntas quae tenetur aliquem actum

Eliceret ~~aliquem~~ Eum non Eliciat ullum nec aliquem actum producat ipsi oppositum ~~[illegible]~~ aut cum eo connexum atqui hoc potest contingere nam fieri potest ut homo qui tenetur mane et vespere orare minime cogitet de oratione ~~[illegible]~~ nec ullum actum producat orationi contrarium ergo dari potest omissio pura libera ergo &c. Solvuntur Objectiones

Obj. 1.° ut aliquid sit liberum debet esse volitum: atqui omissio pura non est volita, siquidem nullum habet adjunctum voluntatis actum; ergo &c.

Dis. maj. debet esse volitum vel positive et actualiter, vel negative et interpretative, cum maj. positive semper et actualiter nego maj. atqui &c.

Itaque omissio pura non est volita positive quia voluntas nullum habet actum positivum quo illam velit: sed est volita interpretative et negative quatenus actus ipsi contrarius non est positive volitus et debuit voluntas illum actum velle.

Obj. 2.° non magis potest dari omissio pura quae sit mala et culpabilis, quam dari potest omissio pura quae sit bona et laudabilis: atqui haec ultima dari non potest; ergo &c.

Nego maj. et paritatem ratio disparitatis est quod ad bonitatem multo plura requiruntur quam ad

malitiam juxta illud principium, bonum ex integra causa malum ex minimo defectu; v.g. ad bonitatem requiritur intentio finis quae non potest reperiri hic actu ad malitiam vero efficit absentia intentioni cum hanc intentionem habere debemus.

Obj. 3.° liberum fit a principio interno atqui omissio pura non fit a principio interno; ergo &c.

Dis maj liberum positivum fit a principio interno con maj liberum privativum nego maj atqui &c. concessa minore distingo consequens omissio pura non sit libera positive con. consequentiam positive et negative nego cons.

itaque quamvis omissio pura non sit libera positive quia positive non sit volita attamen sit libera privative vel interpretative affirmative, maium quia voluntas privatur actu positivo quem potest et debet habere: unde ipsi imputatur omissio ad peccatum.

Obj. 4.° omne liberum sit exercitium libertatis atq omissio pura non sit exercitium libertatis; ergo &c.

Dis maj omne liberum sit exercitium libertatis positivum vel privativum con. maj positivum semper nego maj. atqui &c. ergo &c.

itaque cum libertas sit facultas agendi et non

agendi ipsum non agere est usus et exercitium libertatis.

De principiis Actuum humanorum internis Et Acquisitis

Principia actuum humanorum acquisita et interna sunt ea quae exercitatione et repetitis actibus comparantur. Dicuntur habitus, qui boni sunt, vel mali: boni appellantur virtutes, malae dicuntur vitia.

Agemus 1.° de habitibus in genere, 2.° de virtute in genere, unde facile erit statuere quid sit sentiendum de vitio in genere; 3.° denique disputabimus de variis virtutum speciebus: unde pariter constabit quid statuendum sit de variis vitiorum speciebus.

De habitibus universim

habitus est facilitas ad aliquid superaddita potentiae

habitus autem vel sunt supernaturales vel naturales.

habitus supernaturales sunt ii qui superant naturae vires et qui producuntur a solo deo unde dicuntur hic in nobis sine nobis tales sunt fides spes et caritas.

habitus naturales sunt ii qui non superant naturae vires et proprio labore possunt comparari. hic de habitibus tantum naturalibus disputatur

S. HIERONYMVS.

Si CRVCE consueta nescit mollescere SECVS
Mollire inuitum SAXEA PALMA potest

P. Gallays à S.t François de Sales 2



non vero de supernaturalibus qui pertinent ad theologos.

Quaeritur 1º. utrum dentur habitus naturales

Conclusio 1ª.

Dantur habitus naturales.

Probatur nam habitus naturalis hi facilitas agendi potentiae naturali ad dita quae repetitis actibus comparatur: atqui plurimae dantur in nobis potentiae quae repetitis actibus quotidie comparant facilitatem agendi v. g. intellectus repetitis actibus quotidie comparat facilitatem ad actus scientiarum pariter voluntas comparat facilitatem ad actum virtutum atque etiam saepe saepius vitiorum.

Solvuntur Objectiones

Objicies illud non debet admitti quod tollit meritum: atqui habitus tollunt meritum. nam illud tollit meritum quod tollit difficultatem atqui tales sunt habitus; ergo &c.

Nego minorem ad cujus probationem dis. maj. illud tollit meritum quod tollit difficultatem ex parte operis con. maj. ex parte operantis nego maj.

Equidem habitus tollit difficultatem ex parte operantis quia adjuvat et facilitat potentiam at vero non tollit difficultatem ex parte operis quia

illud non minuitur et proinde habitus non minuit
meritum sed potius auget; lo enim majus est meritum
quo minor est repugnantia agentis: atqui presente
habitu minor est repugnantia agentis; v.g. vir pro
bus cum se dat occasio promptius et libentius exercet
actum virtutis

Ins illud minuit meritum quod impedit augmen
tum meriti: atqui habitus impedit augmentum
meriti nam difficultas operantis confert ad augmen
tum meriti v.g. difficultas illius viduae de qua apud
marcum, quae minuit in gazophylacium duo minuta
id est duos denarios, hac difficultas operantis: atqui
difficultas haec auxit meritum illius viduae; plus
enim meruit, testante Christo domino quam ceteri
qui majorem pecuniae summam largiti fuerunt
ergo &c.

Nego minorem ad cujus probationem nego maj.
nam difficultas ex parte operantis est repugnantia
et displicentia operantis: atqui nedum haec augeant
meritum illud tollunt omnino difficultas autem
illius viduae in exemplum allatae non fuit ex parte
operantis sed ex parte operis oriebatur enim ex illius pauper
tate in patet verbis Marci C. 12 V. 44. omnes enim
ex eo quod abundabat illis miserunt: haec autem
id est vidua, de penuria sua omnia quae habuit
misit et totum victum suum. scilicet si comparetur

id quod dedit vidua, cum loquod ipsi remansit, plus dedit quam dives; servata enim proportione rei ad rem plus remansit diviti quam viduae.

Adde quod haec mulier merum praesertim collaudari a Christo, quia prumptiori et alacriori animo atque majori cum pietate duo minuta seu duos denarios obtulerat quam ceteri divites qui magnam ~~[illegible]~~ quidem sed superbe et ambitiose summam obtulerant pecuniae summam.

Quaeritur in quo reponi debeant habitus.

Variae sunt philosophorum opiniones circa habituum naturam alii namque volunt habitus nostros concistere in sola remotione impedimentorum; alii docent ipsos hae qualitates potentiis additas; alii distinguunt inter habitus spiritales et corporeos, consequenterque contendunt 1.° habitus intellectuales concistere in speciebus impressis 2.° habitus voluntatis concistere in quibusdam terminis immanentibus 3.° denique habitus corporeos concistere in quibusdam vestigiis cerebro impressis per quae discurrunt spiritus animales.

Conclusio 2.a

Habitus non concistit in sola impedimentorum remotione.

Pro. nam quod ut quid positivum, dici non debet concistere

in mera absentia atqui habitus est quid positivum et
impedimentorum remotio est mera absentia
1.° quidem habitus est quid positivum, ut patet ex lo
quod non possit aliter intelligi quomodo quidam
infunderentur a Deo; ergo &c. 2.° impedimentorum remotio
est mera absentia; impedimenta enim removeri nihil
aliud est quam ipsa fieri absentia proinde que &c.
Dices in lo Concistit habitus, quo posito statim ponitur
et quo sublato tollitur: atqui posita impedimentorum
remotione ponitur et sublata tollitur ergo &c.
Dis maj in lo Concistit habitus, quo posito tanquam
illius essentia ponitur Con maj quo posito tanquam
signo infallibiliter connexo tollitur habitus nego
maj atqui &c.
itaque quando removenda sunt impedimentorum
illorum remotio est signum infallibile comparati
habitus, quia facilitas agendi est infallibiliter
connexa cum remotione impedimentorum sicut
difficultas est infallibiliter connexa cum impe
dimentorum positione sed habitus non Concistit
in illa remotione Conclusio 3a
habitus intellectuales non Concistunt in spe
ciebus expressis dictis.

Pro. nam habitus intellectuales non concistum in
loquod sit fictitium: atqui species quae dicuntur expres
sae sunt quid fictitium species enim expressae dicuntur
imagines quaedam ab anima rationali efformatae ad prae
sentiam specierum impressarum seu imaginum ab objectis
transmissarum: atqui ejusmodi imagines fictitiae
sunt ut constat ex dictis in metaphysica ubi de ideis,
ergo &c.

Conclusio 4a

Habitus voluntatis non concistum in terminis
immanentibus actionum hujus facultatis.

Pro. nam si habitus voluntatis concisterem in jelis
terminis, deberet 1.o explicari quid sint ejusmodi termini:
atqui id explicari non potest; 2.o tales termini ut pote
ab anima primum producti, deberent ab ipsa jugiter
produci ut in esse sui permanerent: atqui tales termi
ni non sic ab anima jugiter conservantur quia per
sensum intimum non innotescit perennis haec productio
sicut conscii sumus de caeterorum actuum productione;
ergo &c.

Conclusio 5a

Habitus corporis non concistum in vestigiis cerebro
per continuum spirituum animalium transitum
expressis.

Pro nam habitus corporis non concistum in ejusmodi
vestigiis si non dentur spiritus animales qui vesti
gia haec delineare valeant atqui probavimus in

phisica particulari non dari spiritus animales et
si darentur spiritus animales quae vestigia ab ipsis
delinearentur jugiter minuta rentur ob continuam fluidorum
agitationem proindeque Conclusio 6.a &c.

Habitus prout se tenent ex parte animae sunt
modificationes a solo deo productae et conservatae vel
independenter ab actibus animae sicut contingit
respectu habituum supernaturalium et congenitorum,
vel dependenter ab actibus similibus frequenter ab
anima repetitis sicut contingit respectu habituum
naturalium et acquisitorum

Pro illud enim statuendum est de natura habituum
prout se tenent ex parte animae, quo posito possunt
explicari quaecumque pertinent ad habitus sic sumptos: atque posita nostra sententia possunt explicari
quaecumque pertinent ad habitus prout se tenent ex
parte animae 1.o namque non nulli habitus possunt
hic congeniti, si nempe deus animam creando
hanc modificationem simul producat; 2.o augeri
possunt vel minui habitus acquisiti, quia nempe
cum pendeant ab actibus similibus frequenter repe
titis olim quam a causis occasionalibus debent augeri
si frequenter iterentur et imminui debent si produ
cantur actus oppositi; quemadmodum augentur
vel imminuuntur sensationes, prout motus causa
rum occasionalium augentur vel minuuntur.

8.° habitus permanent in nobis licet de iis non cogitemus, quia cum non producantur à nobis, conservantur licet ad hos non attendamus.

Conclusio 7.a

Habitus prout se tenent ex parte corporis consistunt in explicationibus et commotionibus variorum organorum multoties simili modo actis.

Pro. nam ad hoc sufficit quod organa ista diversi modo complicari possent et commoveri, quod postquam simili modo multoties complicata fuerunt et mota, facilius complicentur et moveantur eodem illo modo, quod quae his positis intelligi possent quaecunque pertinent ad habitus prout se tenent ex parte corporis: atqui haec omnia sic se habent ut constabit ex dicendis in physica particulari; ergo &c.

Existere habitus ex parte animae constare debet ex quod alii aliis facilius definiant dividant et argumententur et ex eo quod alii aliis facilius exerceant actus virtutis: dari pariter habitus ex parte organorum corporeorum constare debet ex eo quod alii aliis facilius saltem ad numeros organa musica pulsent; ergo &c.

Cur sint habitus

Circa causas habituum duo praesertim hic inquiruntur; 1.° quod nam sit subjectum habituum,

2.° quænam sit causa effectrix habituum ut autem
solvatur prior quæstio in memoriam revocandum
est duplex esse subjectum scilicet subjectum quo et quod
non hic agitur de subjecto remoto seu quod sed diffi
cultas est circa potentias animæ nostræ quæ sint
habituum capaces.

DICO autem 1.° activas omnes animæ rationalis
potentias habituum esse capaces. nam si omnes
illæ potentiæ modo facilius modo difficilius in suos
actus prorumpant signum est has habituum esse
capaces atqui resitor se habet ut inductione patebit;
nam intellectus v.g. paulatim acquirit discurren
di facilitatem, voluntas sensim assuescit vitiorum
aut virtutum actibus; in nonnullis promptior est
et expeditior vis imaginandi quam in aliis; appe
titus sensitivus acquirit facilitatem obtemperandi
partis superioris imperio.

DICO 2.° facultates passivas animæ rationalis non
esse habituum capaces. ratio est quia dum agitur
de recipiendis modificationibus nulla potest excogitari
difficultas in subjecto recipiente tunc si quædam
sint assuetudines v.g. ex parte gustus, auditus et
olfactus, se se tenent ex parte organorum corporeo
rum, nullatenus autem ex parte animæ.

QUOD attinet ad causam efficientem habituum
docent communiter phi habitus acquiri per actus

similes sæpe repetitos ita ut actus sint causæ effectrices habituum

Dico autem 1.° actus non esse causas effectrices habituum tum quia quidam habitus existunt in anima absque præexistentia actuum, tales sunt habitus supernaturales et congeniti; tum quia si actus essent causæ habituum, essent eorum causæ conservatrices: atqui hoc dici non potest, cum habitus permaneant in esse suo absque existentibus actibus.

Dico 2.° animam rationalem non esse causam efficientem suorum habituum. Si enim anima suos produceret habitus, eosdem conservaret, cum conservatio sit continuata creatio: atqui anima suos non conservat habitus, cum permaneant in anima de iis non cogitantur.

Dico igitur 3.° solum deum esse causam effectricem nostrorum habituum; quando quidem solus deus potest physice agere in animas nostras sine actu repetito sunt tantum causa occasionalis

Quæritur utrum habitus 1.° actu comparari possit

Res. per habitum vel intelligitur aliqua operandi facilitas, sive illa parva sit, sive magna; vel intelligitur facilitas constans et firma. Si per habitum intelligatur facilitas quælibet etiam minima habitus comparatur per 1.um actum quia per 1.um actum acquiritur aliqua

facilitas operandi si quidem 1.° actu hurgit animae modificatio si agatur de habitu spiritali; hurgit vero modificatio corporis si sermo sit de habitu corporeo: verum si per habitum intelligatur facilitas operandi constans et firma, habitus 1.° actu non comparatur, in patet.

Dices habitus non producitur per 1.um actum, si posito 1.° actu non intelligatur habitus in nobis: atqui resita se habet; ergo &c.

Dis maj. si posito 1.° actu nondum intelligatur habitus quoad substantiam con maj. quoad statum nego maj. atqui &c.

Itaque in habitu duo distinguuntur nempe substantia seu natura habitus et status. substantia seu natura habitus est facilitas operandi, sive magna, sive parva sit. habitus quoad statum est firma et constans operandi facilitas. equidem si habitus spectetur quoad statum non producitur 1.° actu; secus vero si consideretur quoad substantiam et naturam quia 1.° actu comparatur facilitas operandi quamvis illa parva sit et infirma.

Quales sint habitus

Proprietates habituum praecipuae sunt quod possent augeri minui et non nunquam totaliter deleri possunt autem duobus augeri modis

intincive et extinsive

habitus augetur extincive quando se se extendit ad diversa objecta, v. g. habitus logicae augetur extincive quando a facilitate definiendi transit ad facilitatem argumentandi.

habitus augetur intincive quando perficitur circa idem objectum v. g. habitus discurrendi augetur intincive quando perfectius et facilius discurrimus. hinc habitus minuuntur vel extinsive vel intincive. Circa habituum extensionem nulla est difficultas; at circa eorumdem intensionem difficultas exoritur quomodo scilicet fiat hoc augmentum vel decrementum: porro non nulli contendunt habitus augeri intincive per additionem graduum gradibus minuunt vero per substractionem. alii talem graduum additionem et detraxionem judicant impossibilem. alii docent habitus intendi tantum posse per actus prioribus intentiores. alii vero tum per actus intensiores tum per actus remissiores prioribus. quidam tandem contendunt habitus deleri posse sola actuum cessatione; alii ad destructionem priorum habituum requirunt exercitium actuum oppositorum. missis autem variis rationibus quae a phisyllis congeruntur sic

Conclusio 1.a

habitus augentur intensive per additionem gradum prioribus.

Pro. tum enim habitus augentur intensive quando facilitates crescunt: atqui facilitates crescunt ubi facilitas nova similibus jam existentibus quemadmodum sic impetus jam implicato cuidam mobili jam applicantur novi et novi impetus, crescit impetus totalis; proinde que &c. hinc remissiores evadunt habitus quando detrahuntur gradus sic facilitate totali.

Conclusio 2.a

habitus possunt augeri intensive per actus aequales atque etiam remissiores.

Pro. nam habitus augentur intensive quando circa idem objectum magis ac magis perficiuntur: atqui circa idem objectum magis ac magis perfici possunt habitus per actus aequales atque etiam remissiores. tum enim habitus magis perficiuntur quando nova acquiritur facilitas sine detrimento prioris jam acquisitae: atqui per actus aequales atque etiam remissiores nova acquiritur facilitas sine detrimento prioris acquisitae. ad hoc latis sit quod actus aequales vel etiam remissiores debeant esse occasio cur nova producatur facilitas neque

praeterea prior facultas jam producta destruatur: atqui res ita se habet; proindeque nova, ita facilitas producta novum debet addere gradum habitui jam comparato; ergo habitus totalis augetur; quo enim plura sunt adjuvantia et concurrentia, eo major in via activa totalis et consequenter habitus intendi possunt per actus aequales atque etiam remissiores.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1° actus intendens qualitatem talis hic debet ut ipsam qualitatem pariter intensam producere potuisset si non reperiisset productam; atqui actus remissior non hic jusmodi; ergo &c.

Nego maj. nam ut actus intendat qualitatem aliquam sufficit quod producat aliquem gradum novum sine detrimento prioris jam producti; si quidem multiplicatis viribus agens promptius agit ut videre est in motu qui intenditur quando novi ipsi adduntur gradus; proindeque necesse non hic ut actus intendens qualitatem talis sit ut ipsam qualitatem similiter intensam produxisset nisi eam invenisset productam.

Obj. 2. licet non desit actuum remissiorum repetitio frequens, habitus comparatus minuitur et tandem omnino deficit; ergo habitus non potest augeri per actus remissiores.

Dis Antecedens licet non desit actuum remissio
rum repetitio frequens, habitus comparatus immi
nuitur et tandem omnino deficit si interim produ
cantur actus remissis oppositis concedo Antecedens secus
nego Antecedens

Itaque licet non desit frequens actuum remis
siorum repetitio, habitus comparatus paulatim
imminuitur et omnino deficit si producantur actus remissis
oppositi quia tunc causa contraria, id est, actus illi repugnan
tes paulatim debilitant et destruunt priorem habitum,
nec actus remissiores possunt destruere vim

Sic aqua ebulliens si ab ingenti foco removeatur et ipsi
subjiciatur ignis multo remissior paulatim refrigescit
non quod ignis remissior non producat calorem sibi
respondentem, sed quia frigus aeris circumstantis
plus caloris destruit quam remissior ignis resarcire
possit

Colliges ad habitus a fortiori intendi per
actus intentiores.

Quod pertinet ad destructionem et corruption
em habituum, observandum quatuor modis
qualitatem subjecto inherentem posse corrumpi; 1.°
destructione subjecti, sic periret calor ferri si ferrum
annihilaretur; 2.° oppositione contrarii, sic periret
calor aquae introductione frigoris; 3.° substractione
concursus divini, si desineret quaevis actio creaturae,

si Deus cum creatura concurrere desineret; 4°. Substractione causæ 2ª qua mediante conservatur qualitas sic periret lumen substractione solis et facis accensæ.

Constat habitum perire per destructionem subjecti, oppositione contrarii, substractione concursus divini atque etiam substractione causæ secundæ; sed queritur utrum ut volunt non nulli sola actuum cessatione debilitetur habitus et omnino tandem evanescat.

Conclusio 3ª

Habitus sola actuum cessatione perire non potest.

Pro. nam illa qualitas sola actuum cessatione perire non potest, quæ non indiget perenni influxu actus ad sui conservationem: atqui habitus ad sui conservationem perenni actus influxu non indiget nam si actus deberet perpetuo influere in habitum, actu transacto statim periret habitus, ut extincta face perit lumen: atqui non perit habitus ubi primum cessavit actus, quemadmodum experientia constat. actus enim sunt tantum causa occasionalis actuum productorum: cessatio autem actuum non potest hæc causa occasionalis cur destruantur, cum illa cessatio nihil sit; hoc habitus non indiget perpetuo actus influxu, et consequenter sola actuum cessatione perire non debet.

Conclusio 4ª

Habitus non perit nisi oppositione habitus contrarii qui comparatur occasione actuum contrario

Pro. nam habitus perire non debet nisi oppositione
plenus quod cum ipso non potest simpliciter existere atq
habitus contrarius non potest simpliciter existere cum
alio habitu seu contrario v. g. habitus scientiae constare
non potest cum habitu erroris contrario; ergo habitus
perire oppositione contrarii nec alia ratione intelligitur
scire posse.

Quotuplex sit habitus

Habitus ut jam dictum fuit, vel sunt congeniti, vel acquisiti, vel naturales vel supernaturales, vel spiritales vel corporei ex spiritalibus alii pertinent ad intellectum, et ideo dicuntur intellectuales nempe intelligentia sapientia &c. de quibus alibi dictum fuit alii vero pertinent ad voluntatem, et duplicis sunt generis virtutes et vitia. Virtutes semper inclinant ad bonum morale, vitia vero ad malum morale. de solis habitibus voluntatis nunc est disserendum.

De Virtute

Quid et An sit Virtus

Virtus vel accipitur juxta interpretationem vel juxta ejusdem nominis usum.

Virtus juxta nominis interpretationem, inquit Cicero, a viris nomen mutuata est, quod virtus virum faciat, nec vir sit qui virtute careat.

Virtus juxta nominis usum diversimode definitur.
a Platone dicitur animae pulchritudo Sanitas et robur.
a Tullio vocatur animi affectio constans conveniens
laudabiliterque eos afficiens quibus inest ab Augustino
definitur bona qualitas mentis qua recte vivitur et
qua nullus male utitur denique ab Aristotele defini
tur habitus recta cum ratione Electivus consistens in
mediocritate definita 2.um judicium viri prudentis.
1.o Dicitur habitus, id est, facilitas agendi repetitis
actibus comparata; 2.o dicitur recta cum ratione Electivus,
quia ex directione rationis et certa praeceptorum cognitione
concurrit ad actus humanos; 3.o dicitur consistens in
mediocritate, quia virtus moralis excludit defectum et
excessum; 4.o dicitur definita judicio viri prudentis 1.o
quia ista mediocritas non est absoluta sed relativa
ad singulos homines et eorum conditionem atque
adeo mutari debet pro diversitate circonstantiarum
et personarum 2.o judicio viri prudentis; id est, per
prudentiam quae est recta ratio agendorum et omitt
endorum; cum enim ista mediocritas possit mutari
atque aliter se habere pro variis circumstantiis
prudentiae est istam assignare.
Jam vero occasione duarum posteriorum definitio
num virtutis moralis, quarum altera ab Augustino,
altera ab Aristotele definita fuit, duplex hic movetur
quaestio,

prior utrum virtus sit habitus essentialiter bonus; posterior utrum in medio posita sit: quod spectat ad priorem quaestionem

Observa habitum virtutis moralis sub duplici respectu spectari posse 1° formaliter, quatenus est virtus moralis, 2° materialiter et specifice, quatenus est hic et ille habitus virtutis moralis, v. g. quatenus est habitus justitiae. fatentur omnes virtutem formaliter sumptam non posse inclinare nisi ad actus bonos, et eam esse sub illo respectu essentialiter bonam; verum acriter disputam inter se phi utrum habitus qui est virtus moralis, quando specifice sumitur possit inclinare ad actus malos.

Observa 2° duo hic distinguenda in virtute morali, nempe officium et finem officium virtutis moralis est id quod agendum incumbit, v. g. jus reddendum respectu justitiae largitio pecuniae respectu liberalitatis. finis virtutis moralis est id propter quod est agendum.

Constat habitum virtutis inclinare essentialiter ad bona officia; sed quaestio est utrum aliquis possit uti habitu virtutis moralis ad malum finem v. g. habitu justitiae ad reddendum jus propter vanam gloriam

1° Virtus moralis potest spectari ex parte corporis et respectu animae virtus moralis ex parte corporis est ea corporis habitudo quae recta ratione seu virtuti

formulatur qualis reperitur in iis hominibus qui, cum longo tempore restiterint cupiditatibus vix ullos sentiunt rebelles motus in suo corpore

Virtus moralis ex parte animae est bona mentis qualitas, qua inclinatur homo ad inclinandum propter honestatem. his positis sit

Conclusio 1.a

Virtus moralis seu habitus virtutis ex parte corporis non est essentialiter bonus.

Probatur nam habitus ille non est essentialiter bonus quo possumus abuti: atqui abuti possumus habitu virtutis ex parte corporis spectato nam possumus abuti eo habitu qui subjacet voluntatis imperio, nec dicit ordinem essentialem ad finem honestum: atqui habitus virtutis si ex parte corporis spectetur, subjicitur voluntatis imperio, nec habet ordinem essentialem ad finem honestum. 1.o subjacet imperio voluntatis quia pertinet ad potentiam quae nata est obedire voluntati. 2.o ex corporis habitudo essentialem non dicit ordinem ad finem honestum, quae aeque comparari potest agendo propter malum, quam propter bonum finem; atqui talis est illa corporis habitudo, quae solet servire virtuti, v.g. qui vana alicujus falsi numinis opinione deceptus, compescunt cupiditates et rebelles corporis sui motus, eandem acquisivit in suo corpore

habitudinem et facilitatem quam acquisivisset si propter deum verum egisset perinde enim est quo ad corpus utrum utrum propter verum an falsum deum agatur. non enim aliter aliquis afficitur hoc in vita a veri quam a falsi nimii cognitione amore et timore de hac conclusione satis inter se consentiunt philosophi, sed quaestio est de virtute morali ex parte animae considerata quare sit

Conclusio 2.a

Virtus moralis ex parte animae est habitus essentialiter bonus, ita ut nemo possit ipso abuti.

Pro nam virtus moralis ex parte animae est bona mentis qualitas qua homo inclinatur ad operandum propter honestatem: atqui nemo potest abuti bona mentis qualitate qua inclinatur ad operandum propter honestatem: nam nemo potest ex habitu abuti ad malum finem, qui essentialiter ordinatur ad actiones honestas: atqui habitus quo homo inclinatur ad operandum propter honestatem essentialiter ordinatur ad actiones honestas ut patet ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.o ille habitus non est essentialiter bonus quo quis abutitur atqui homines saepe habuerunt habitus moralis virtutis, v. g. superbiam saepe de sua virtute ergo &c.

Dis. maj. ille habitus non est essentialiter bonus, quo quis abutitur tanquam principio suae actionis

con maj. tanquam objecto suae actionis nego maj.
Equidem habitus ille non sit essentialiter bonus quo
quis abutitur tanquam principio suae actionis; secus
vero si illo abutatur tanquam objecto suae actionis:
porro qui superbiunt de sua virtute ea abutuntur
tanquam objecto, hoc modo saepe homines abutuntur
Deo caeterisque rebus vel sanctissimis; sed non abutun
tur virtute tanquam principio suae actionis, ita ut
habitus virtutis sit principium superbiae.
Ins. tam potest quis abuti virtute tanquam principio
quamvis sit se sit bona quam potest quis bene uti
calamo bene aptato; atqui &c. ergo &c.
Nego maj. et paritatem rostro disparitatis quod
modus utendi calamo pendet a manu quae potest ad libitum
moveri; contra virtus essentialiter ordinatur ad hones
tatem et in se includit judicium rectum, quod non
potest flecti ad oppositum, alioquin foret simul per
versum et rectum; quod implicat.
Ins. potest quis male uti habitu scientiae; ergo et habitu
virtutis
Nego consequentiam et paritatem quod scientia ex se
ad veritatem non vero ad honestatem ordinatur imo ex
illa objectione patet nostrae sententiae veritas si comp
aratio bene instituatur scilicet se habet habitus virtutis
ad honestatem sicut habitus scientiae ad veritatem; atque
habitus scientiae ita inclinat et determinat ad veritat
em,

ut ad honorem non possit deflecti; ergo a pari habitus virtutis ita determinatur ad honestatem ut nemo possit abuti ad turpitudinem.

Obj. 2° potest quis abuti eo habitu qui sit indifferens: atqui habitus virtutis sit indifferens, cum sit electivus ergo &c.

Dis. maj. potest quis abuti eo habitu qui sit indifferens indifferentia contrarietatis con. maj. contradictionis nego maj.

Equidem habitus virtutis sit indifferens indifferentia contradictionis seu exercitii, quia potest exerceri vel non exerceri; at vero non sit indifferens indifferentia contrarietatis nempe ad bonum et malum si quidem virtus ut supra dictum est determinata sit ad bonum scilicet scientia determinata sit ad verum. Ergo ex hypotesi quod homo agat ex virtute necessario agit propter honestatem.

Obj. 3° potest supponi Christianus temperans qui deficiat ad impietatem mahumetanam: atqui in illa hypothesi habitus temperantiae illum inclinabit ad gegunandum propter mahumentem et proinde ad actus malos.

Dis. minorem habitus temperantiae famulans et ex parte corporis hominem sunt inclinabit ad actus malos con. minorem habitus temperantiae princeps et ex parte animae nego minorem.

Itaque habitus temperantiae potest spectari ex parte corporis et ex parte animae habitus temperantiae ex parte corporis est ea corporis modificatio et dispositio

quae solet famulari animae in actibus temperantiae
habitus temperantiae ex parte animae sub bona animae
affectio et inclinatio qua mens facilitatur et impellitur
ad honestatem in actibus temperantiae
Equidem ille apostata et desertor religionis Chris
tianae abuteretur habitu temperantiae ex parte corp
oris quia ea corporis habitudo quae virtuti famulari solebat
servire iniquitati; at vero non abuteretur habitu
temperantiae ex parte animae, id est, temperantia
non foret principium illius actionis quia temperantia
ex parte animae essentialiter inclinat voluntatem
ad honestatem in suis actibus.
Obj. 4.° finis et circonstantiae non sunt essentiales
sed accidentariae habitui virtutis ergo idem habitus
potest mutare finem et circonstantias atque ex bono
fieri malus.
Dis. Antecedens finis et circonstantiae sunt accidentariae
habitui virtutis ex parte corporis considerato con Antece
ex parte animae nego Antecedens.
Itaque finis et circonstantiae non sunt essentiales sed
accidentariae habitui virtutis ex parte corporis considerato,
id est, ratione illius facilitatis quae mens corpori et solet
servire et famulare virtutibus quia illa facilitas licet per
actus honestos acquisita tam potest dirigi ad bonum
quam ad malum finem at vero finis et circonstantiae
sunt essentiales habitui virtutis ex parte animae, quia
virtus prout est in anima primario et essentialiter

inclinat ad honestatem ergo quod sit propter malum finem et pravis circonstantiis non sit ex virtute.

Ins. finis honestus est aliquid virtuti extrinsecum; ergo virtus ratione finis non est essentialiter bonus.

Respondeo finem esse quidem aliquid extrinsecum virtuti, sed ordo virtutis ad honestatem est quid virtuti extrinsecum et essentiale; ergo &c.

Quod pertinet ad aliam quaestionem utrum virtus posita sit in medio,

Observa aliquid dici posse in medio duobus modis, nimirum positive et negative.

Illud est in medio positive quod est inter duo extrema vitiosa, quorum unum est defectus alter vero excessus, v. g. manducare quantum decet dicitur esse in medio positive quia est inter duo extrema quorum unum est defectus nimirum manducare minus quam decet et alterum excessus scilicet manducare plus quam decet; proindeque manducare quantum decet consistit in medio, id est in mediocritate positive

Illud est in medio negative quod positum est in aliquo statu neque excedente neque deficiente sive sit capax excessus, sive non sit; talis est paupertas evangelica respectu divitiarum; est enim in statu neque excedente, neque deficiente, quamvis non habeat duo extrema quorum unum sit excessus et alterum sit defectus, quia nemo potest peccare contra paupertatem evangelicam

excedendo, cum ita versetur circa divitias ut illas despiciat omnino et contemnat his praemissis sit

Conclusio 1.a

Omnis virtus moralis consistit in medio negative.

Probatur nam illud consistit in medio negative, quod positum est in statu neque excedente, neque deficiente, sive sit capax excessus sive non sit: atqui virtus moralis consistit in statu neque excedente, neque deficiente. nam omnis virtus moralis est electiva rei conformis rectae rationi: atqui res conformis rectae rationi neque excedit, neque deficit; ergo &c.

Hinc sequitur virtutem moralem esse in medio causaliter seu efficienter, ut aiunt non nulli, quia illud est in medio causaliter seu efficienter, quod inclinat ad actus neque deficientes, neque excedentes: atqui virtus moralis inclinat ad actus neque deficientes neque excedentes; ergo &c.

Jam vero omnis virtus moralis potest spectari tum ratione objecti tum ratione finis tum ratione circonstantiarum simul quare sit

Conclusio 2.a

Omnis virtus moralis spectata tum ratione objecti tum ratione finis tum ratione circonstantiarum consistit in medio positive.

Pro. nam illa virtus consistit in medio positive quae est inter duo extrema vitiosa quorum unum est defectus

ad alterum excessus atqui nulla est virtus moralis quae vel ratione objecti vel ratione finis vel ratione circonstantiarum non habeat excessum et defectum, quos declinare debet et quibus peccare potest contra virtutem; ergo &c.

Satis inter se consentium plus de duabus illis superioribus conclusionibus, sed controversia est inter Phos utrum omnis virtus moralis consistat in medio positive ratione objecti, id est, utrum versetur circa aliquod objectum vel materiam, quae suscipiendo plus et minus possit esse capax duplicis vicii, minus nempe per excessum et alterius per defectum

Conclusio 3.a

Omnis virtus moralis non est in medio positive ratione objecti seu materiae circa quam versatur

Pro. nam illa virtus non est in medio positive ratione objecti seu materiae circa quam versatur cujus materia non suscipit magis et minus; atqui dantur virtutes morales quarum materia non suscipit magis et minus tales sunt v.g. virginitas et paupertas evangelica; ergo &c.

Hic speciatim disputatur de justitia utrum posita sit in medio positive ratione objecti et materiae circa quam versatur.

Justitia definitur virtus moralis inclinans voluntatem ad reddendum unicuique quod suum est

Triplex distinguitur justitia commutativa distributiva et vindicativa.

Justitia commutativa est ea quae suum cuique reddit in commutationibus, id est in emptionibus venditionibus et aliis ejusmodi.

Justitia distributiva seu remunerativa est ea quae suum cuique reddit in praemiis laudabilium actionum.

Justitia vindicativa est ea quae suum cuique reddit in suppliciis vituperabilium actionum; his praemissis sit

Conclusio 4.a

Nulla justitiae species est in medio positive ratione objecti seu materiae circa quam versatur.

Pro nam illa virtus non est in medio positive ratione materiae in qua peccari non potest per excessum: atq nulla est justitiae species in qua peccari possit per excessum. nam si quis peccaret in aliqua justitiae specie per excessum, peccaret alteri tribuendo plus quam suum est, sive bonum, sive malum: atqui in nulla justitiae specie quisque peccare potest alteri tribuendo plus quam suum est sive bonum sive malum ita ut excedat. nemo enim peccat in materia justitiae nisi quatenus alteri facit injuriam; atqui nullus precise tribuendo alteri plus quam suum est sive bonum, sive malum, facit injuriam ita ut excedat; 1.o si sit bonum evidens est quod non fit injuria, nemo enim

potest conqueri quod sibi tribuatur plus boni quam jure ad ipsum pertineat. 2°. si sit malum sit quidem injuria sed deficiendo quatenus tribuendo malum tribuitur de malo plus quam par sit. ergo in nulla justitiae specie peccari per excessum sed tantum per defectum.

Et certe triplex est justitia, ut supra diximus, nempe commutativa distributiva et vendicativa: atqui peccari non potest per excessum in hac triplici justitia, quia excessus non est vitiosus, nisi quatenus adjunctum habet defectum, v.g. in justitia distributiva decernat princeps centum nummos militibus fortiter pugnantibus; vel dux exercitus centum distribuet nummos vel potiores vel plures. si centum largiatur, tribuet unicuique quod suum est, nec ullo modo peccabit. si pauciores peccabit quidem adversus justitiam, sed per defectum, minuens minimum bona militum. si distribuat plures quam centum nummos peccabit adversus justitiam non quidem ergo milites quorum auget bona, sed ergo principem deficiendo, detrahens scilicet de bonis illius. idem dicendum est de caeteris justitiae speciebus ergo nulla est justitiae species in qua peccari possit per excessum sed per defectum.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1°. illa virtus est in medio positive ratione materiae, in cujus materia reperitur defectus et excessus: atqui in materia justitiae reperitur defectus et excessus

nam materia justitiæ v.g. vindicativæ sunt pœnæ; atqui in pœnis
potest dari excessus; infligere enim centum plagas pro
quadraginta est excessus in pœnis. atqui potest judex
centum pro quadraginta infligere plagas. ergo &c.
Nego minorem ad cujus probationem dis. maj. materiæ
justitiæ vindicativæ sunt pœnæ relative spectatæ. Con. maj.
sunt pœnæ absolute spectatæ nego maj. atqui &c.
Pœnæ absolute spectatæ sunt ictus inflicti pœnæ relati
væ spectatæ sunt idem ictus quatenus resarcium actoris
damnum et servam commundum sunt.
Equidem pœnæ sunt materiæ justitiæ vindicativæ
sed quatenus relative sumuntur. pono in pœnis relative
sumptis non potest esse excessus qui sit vitiosus ergo &c.
Ins. atqui in pœnis relative sumptis potest esse excessus.
nam pœnæ sumuntur relative, quando comparantur ad
actorem; atqui potest esse excessus in pœnis comparatæ
ad actorem nam dare actori plus quam par sit est excessus
relative sumptus ad actorem atqui dari potest actori
plus penarum id est satisfactionis quam par sit;
ergo &c.
Nego subsumptum ad cujus probationem dis. minorem
potest esse excessus in pœnis comparatæ ad actorem qui
excessus ~~comparatæ~~ relative ad ~~excessus~~ actorem esse vitiosus; ergo &c.
itaque excessus respectu actoris non est vitiosus, quia
tribuit actori plus satisfactionis, id est plus boni, quam
ipsi debetur: atqui dare alicui plus boni quam ipsi

debetur non sit vitium igitur vitium in so consistit quod hac ratione fiat minimutio juris et boni hominis rei proinde que quod revera sit defectus.

Ins. atqui talis excessus est vitiosus. nam vitiosus est excessus, qui tollit rationem justitiae atqui talis excessus relative ad actorem tollit rationem justitiae ergo &c.

Nego subsumptum ad cujus probationem dis maj. vitiosus est excessus, qui tollit rationem justitiae per vitium oppositum con maj per aliam virtutem nego maj atqui &c.

Equidem excessus ille potest dici tollere rationem justitiae sed id fit per aliam virtutem nempe liberalitatem v.g. in justitia distributiva supponatur duo exercitus qui centum acceperint nummos ex aequo distribuendos duobus militibus det autem uni militi octoginta nummos certe hac in hypotesi non peccat dux quod dederit octoginta nummos uni militi sed quod alteri triginta detraxerit, ita ut si alter non lederetur, nullius criminis dux posset argui.

Obj. 2.° plures infligere poenas quam oportet est excedere in poenis: atqui judex crudelis potest infligere plus poenarum quam oportet. ergo &c.

Dis. maj. plus infligere poenarum quam oportet est excedere in poenis absolute sumptis con. maj relative sumptis nego maj atqui &c. ergo &c.

Itaque esto quod judex crudelis possit excedere in poenis infligendis

sed non peccat excessu pœnarum nisi quatenus excessus
ille est minimatio juris; atqui peccare excessu pœna
rum quatenus est minimatio juris est peccare deficien
do non excedendo; ergo &c.

3. Ex illa responsione sequeretur excessum et defectum
in pœnis esse unum et idem peccatum nempe defici
ens circa justitiam vindicativam atqui hoc absurdum
est. ergo &c.

Dis. maj. sequitur excessum et defectum in pœnis
esse unum et idem peccatum respectu diversarum
personarum nempe sontis et actoris con. maj. respe
ctu unius et ejusdem personæ nego maj. atqui &c.
itaque excessus in pœnis est peccatum deficiens
respectu sontis, et defectus in pœnis est peccatum defici
ens respectu actoris, quia defectus in pœnis detrahit de
jure actoris et excessus in pœnis detrahit de jure sontis.

Quæritur utrum numerus virtutum par sit
numero vitiorum quod in solvatur sit

Conclusio 5.a

Numerus virtutum non est par numero
vitiorum.

Pro. nam numerus virtutum non est par numero
vitiorum sed virtutes, quæ sunt in medio formali
ter, habeant duo vitia sibi opposita: atqui res ita
se habet nam virtus consistens in medio formaliter
et positive est electiva medii constituti inter duo

extrema opposita nempe extremum defectus et extremum ~~defectus~~ excessus atqui virtus non potest hic electiva ~~medii~~ medii constituti inter duo illa extrema opposita quin una virtus sit inter duo vitia, v. g. liberalitas consistens in medio formaliter, habet avaritiam et prodigabilitatem tanquam duo extrema sibi opposita quorum unum hic excedens et alterum deficiens: nam prodigalitas est affectus dandi plus quam decet et avarita est affectus dandi minus quam decet. Ergo una et eadem virtus si consistat in medio formaliter habet duo vitia sibi opposita proindeque numerus virtutum non est par numero vitiorum.

Quaeritur utrum virtutes sint inter se connexae; quod est solvatur

Observa 1°. Ex virtutibus aliae dicuntur communes, quia pertinent ad omnem vitae statum, quales sunt virtutes cardinales; aliae dicuntur speciales, quae pertinent tantum ad aliquem vitae statum qualis est magnificentia virginitas paupertas evangelica. Ex non agitur hic de virtutibus quae sunt propriae alicui vitae statui, sed de his quae sunt communes et pertinent ad quemlibet vitae statum: de his autem disputatur utrum ita sint inter se connexa ut una non possit esse sine altera

Obs. 2°. triplicem vulgo distingui virtutis statum nimirum continentiae temperantiae et statum heroicum.

Status Continentiæ quæ etiam dicitur Status incipientium, est ille, in quo virtus admodum infirma et instabilis facile vincitur; talis est Status virtutis inchoatæ.
Status temperantiæ qui dicitur etiam Status proficientium est ille in quo virtus jam firma et stabilis difficile vincitur; talis est Status virtutis jam provectæ.
Status heroicus est ille in quo virtus constans et firma jam vinci non potest nisi nequid retardari difficultatibus; talis est virtus herorum, quæ perfecta est et consummata. his præmissis sit

Conclusio 6.a

Virtutes sunt inter se connexæ in statu heroico

Pro nam virtus in statu heroico debet esse ita constans et firma, ut nullis difficultatibus frangatur et retardetur: atqui sine consortio aliarum virtutum nulla virtus moralis potest esse ita constans et firma, ut nullis difficultatibus frangatur et retardetur. nam ut virtus moralis sit ejusmodi, debet facile admodum superare difficultates ortas etiam ex aliarum virtutum materia: atqui difficultates quæ oriuntur ex materia aliarum virtutum superari non possunt sine illarum virtutum consortio et auxilio; v.g. justitia non poterit omnes vincere tentationes, nisi conjuncta sit cum fortitudine temperantia et aliis virtutibus; nisi enim judex sit vir fortis, poterit metu mortis intentatæ a

jure reddendo deterreri nisi fuerit temperans oblata
Cupidinis explendae occasione frangetur; ergo difficultates quae
oriuntur ex materia aliarum virtutum superari
non possunt sine illis virtutibus; proinde que virtutes
morales communes necessario sunt inter se conne
xae in statu heroico.

Solvuntur Objectiones

Obj. 1.° in Alexandro in Caesare et in aliis bene mul
tis ducibus fuit fortitudo in statu heroico atqui in his
ducibus non fuerunt caeteras virtutes, ergo &c.
Nego maj. nam ille non sensetur habere fortitudinem
in statu heroico qui vincitur a vitiis et cupiditatibus
atqui Alexander victus fuit ebrietate Caesar vero domin
andi cupiditate ergo &c.
Objicies 2.° Ea non sunt necessario connexa quorum
unum potest esse sine alio atqui virtus moralis potest
esse sine alia, ergo &c.
Dis. maj. ea non sunt inter se connexa quorum
unum potest esse sine alio tum absolute tum relative
Con. maj. absolute tantum nego majorem atqui &c.
Itaque si virtutes morales spectentur absolute
et prout sunt boni habitus et bonae mentis affectiones
possunt esse sine se invicem non
vero si spectentur relative ad statum heroicum de quo
Agimus.
Obj. 3.° judex potest ex proprio justitiae motivo
superare voluptates et pericula quibus avocatur a
reddendo cuique quod suum est atqui judex ille non

haberet virtutem fortitudinis et temperantiae; ergo justi
tia potest esse in statu heroico sine aliarum virtutum
consortio. ergo &c.
Dis. maj. potest judex ex proprio justitiae motivo superare
voluptates et pericula sed ergo admodum con. maj. secus nego maj.
itaque judex ex proprio motivo justitiae fortasse potest
absolute vincere difficultates quae occurrunt in jure
reddendo sed ita facile et prompte ac si ageret ex motivo
virtutum specialium ad quas pertinent ejusmodi diffi
cultates et consequenter ille judex non habebit virtutem
justitiae in statu heroico
Obj. 4.° potest supponi judex semper bene exercuisse
justitiam nec ullum unquam exercuisse fortitudinis
actum quia defuit occasio atque in illa hypotesi sit perfec
ta justitia sine fortitudine
Dis. maj. potest supponi judex nullum exercuisse actum
fortitudinis externum con. maj. internum nego maj.
Duplex distingui potest virtutis actus internus et
externus. actus internus virtutis est activa mentis
affectio cum recto proposito agendi circa materiam virtu
tis propter honestatem. actus externus virtutis est actu
ale exercitium in materia virtutis externa et sensibili.
itaque in allata hypotesi nullus fortasse judex
exercuit actus externos virtutis fortitudinis defectu occasi
onis; et non potuit exercere justitiam perfecte, nisi

plures exercuerit actus fortitudinis saltem internos nam non potuit exercere justitiam in pro. Et nisi rectum habuerit in rebus omnibus judicium cum justitia sine illo judicio non possit esse in statu heroico: atqui rectum illud judicium importat activam omnium affectionem rectumque propositum agendi circa materiam cujuslibet virtutis hoc autem sufficit ut ille judex dicatur praeditus habitu caeterarum virtutum.

Adde quod responderi potest justitiam illius hominis non esse in statu heroico quia si forte incideret occasio defectu fortitudinis v.g. deterretur metu mortis a jure reddendo et defectu temperantiae frangeretur oblata libidinis explendae occasione.

Obj. 4°. Vitia in statu feritatis non sunt connexa; ergo et virtutes in statu heroico connexae dici non debent.

Dis. Antecedens vitia in statu feritatis non sunt connexa, quando se mutuo juvare non possunt con antecedens quando possunt se mutuo juvare nego ante.

Itaque vitia duplicis distingui debent generis alia quae se mutuo adjuvant ut injustitia et intemperantia superbia et crudelitas alia quae se mutuo minime adjuvant ut prodigalitas et avaritia.

Equidem vitia in statu feritatis non sunt connexa si se se mutuo adjuvare nequeant, contra vero si

se mutuo adjuvare possent. idem dicendum hic de virtutibus
connectuntur in statu heroico quando se se adjuvare
possunt secus si mutuam sibi non possent ferre opem;
proindeque par est utrobique ratio.

Obj. 6.o virtutes intellectus non sunt necessario connexae
in statu perfecto hujus virtutes morales.

Dis. Antecedens virtutes intellectus quae se se adjuvare neq
ueunt non sunt inter se connexae in statu perfecto con
Antecedens secus nego Antecedens.

De Subjecto Virtutum Moralium

Quaritur ibi quodnam sit subjectum proximum seu quo
virtutum moralium an in intellectu et voluntate
duntaxat an etiam in appetitu sensitivo admittendae
sint virtutes morales.

Quatuor numerantur virtutes morales cardinales
nimirum prudentia justitia fortitudo et temperantia.
de prudentia et justitia satis consentium phi illas resi
dere praesertim in intellectu et voluntate. quare cont
roversia hic tantum de fortitudine et temperantia
utrum in appetitu sensitivo an vero etiam in volun
tate reponi debeant.

Conclusio 1.a

Admittendi sunt habitus temperantiae et fortitudinis in voluntate et in appetitu sensitivo.

Probatur nam quoties duae facultates sic se habent ut una moveatur per aliam ad aliquid agendum ita ut utraque patiatur aliquam difficultatem in operando, toties habitus facilitans precipue quidem pertinet ad facultatem moventem sed in facultate quae movetur admittendus est etiam habitus facilitans ad obsequendum. atqui appetitus sensiens movetur per voluntatem ad actus temperantiae et fortitudinis ita ut voluntas et appetitus sensiens patiantur difficultatem voluntas quidem imperando appetitus vero sensiens obsequendo ergo in voluntate et in appetitu sensitivo admittendi sunt habitus temperantiae et fortitudinis ita ut habitus imperantes fortitudinis et temperantiae pertineant ad voluntatem, habitus vero famulantes pertineant ad appetitum sensitivum.

Conclusio 2.a

Fortitudo et temperantia quae sunt proprie virtutes morales in sola voluntate debent admitti

Pro. nam virtutes morales debent in ea tantum admitti facultate, quae potest versari circa proprium objectum virtutum moralium: atqui sola voluntas potest versari circa objectum proprium virtutum moralium

nam proprium objectum virtutum moralium sit ipsa honestas amanda atqui sola voluntas potest versari circa honestatem amandam non vero appetitus sensitivus qui potest duntaxat versari circa bonum sensibile ergo in sola voluntate reponi debent habitus fortitudinis et temperantiae qui proprie sunt virtutes morales.

Solvuntur Objectiones.

Obj. 1º habitus temperantiae et fortitudinis se habent ad appetitum sensitivum, sicut frenum quo dirigitur equus: atqui frenum imponitur equo non equiti; ergo habitus temperantiae et fortitudinis debent collocari in appetitu sensitivo qui sit velut equus frenandus non autem in voluntate quae se habet ut equus.

Dis. maj. habitus temperantiae et fortitudinis famulantis se habent ut frenum respectu habitus sensitivi con maj. habitus temperantiae et fortitudinis imperantes nego maj. ergo &c.

Itaque duplex sit habitus fortitudinis et temperantiae nempe imperans et famulans.

habitus imperans est ille qui pertinet ad voluntatem, eamque inclinat ad eligendas actiones honestati conformes in materia fortitudinis et temperantiae; dicitur imperans, quia voluntatis sit caeteris imperare facultatibus.

habitus famulans est ille qui pertinet ad appetitum sensientem eamque inclinat ad obsequendum

 Eligenti actiones honestati conformes in materia temperantiae et fortitudinis; appellatur formulans quia appetitus sensientis est obsequi voluntati.

Equidem habitus fortitudinis et temperantiae formulantes se habent ad appetitum sensientem, unde habet fraenum respectu equi, non vero habitus imperantes qui pertinent ad solam voluntatem cum haec sola facultas possit intendere honestatem virtutis moralis quapropter si habent habitus fortitudinis et temperantiae imperantes ut ars equestris. igitur quemadmodum ars equestris pertinet ad equitem non vero ad equum, sic habitus fortitudinis et temperantiae imperantes pertinent ad voluntatem non vero ad appetitum sensitivum.

Obj. 2°. habitus residet in ea facultate quam dirigit: atqui virtus temperantiae et fortitudinis dirigit appetitum sensitivum; ergo &c.

Dis. maj. habitus residet in ea facultate quam dirigit immediate con. maj. quam dirigit mediate nego maj. atqui &c. Itaque virtus temperantiae et fortitudinis dirigit appetitum sensitivum mediante voluntate in qua residet siquidem voluntas adjuta habitibus temperantiae et fortitudinis appetitum sensientem regit quemadmodum scriptor per artem scribendi dirigit calamum licet ars scribendi non resideat in calamo; ergo a pari licet appetitus sensitivus dirigatur per

fortitudinem et temperantiam illae virtutes non deb
ent residere in appetitu sensitivo;
Enim vero quotiscumque facultas aliqua famulan
us alteri facultati dirigitur, toties in facultate diri
gibili residet habitus famulans si sit ipsa capax
habitus; habitus vero imperans residet in facultate
dirigente et movente. atqui appetitus sensitivus
in operationibus fortitudinis et temperantiae diri
gitur in famulans veritati ergo in habitu sensitivo
reponendus hic quidem habitus temperans temperantiae
et fortitudinis non vero temperans quae ad solam
voluntatem pertinet.
Obj. 3.° habitus fortitudinis et temperantiae non
debent reponi in ea facultate, quae non patitur
difficultatem circa res sensibiles. atqui voluntas
quae hic facultas spiritalis nullam patitur difficul
tatem circa res sensibiles; ergo &c
Ego minorem voluntas enim licet spiritalis
intitative, hic tamen affective corporea, et patitur
difficultatem circa res corporeas propter conjunctionem
animae cum corpore. quapropter habitus fortitudi
nis et temperantiae debent pertinere ad voluntatem
ut vincat difficultates ortas hic materia fortitudinis
et temperantiae.
Obj. 4.° actiones appetitus sensitivi sunt actiones
virtutis ergo habitus virtutis debent residere in appetitu
sensitivo.

250 Dis Antecedens actiones appetitus sensitivi sunt actiones virtutis imperatae. Contra sunt actiones virtutis elicitae nego Ant. Ergo &c distingo pariter consequens.

Itaque duplex distingui debet actio nempe elicita et imperata

Actio virtutis elicita est ea quae proficiscitur et exercetur immediate a voluntate talis est amor Dei et odium peccati.

Actio virtutis imperata est ea quae proficiscitur et exercetur ab aliqua facultate ex imperio voluntatis, talis est largitio pecuniae alicui egenti.

Equidem operationes appetitus sensitivi sunt actiones virtutis imperatae et famulantis; at vero non sunt actiones virtutis elicitae et imperantis; proinde que operationes virtutis imperatae et famulantis possunt reponi in appetitu sensitivo; sed operationes et habitus virtutis elicitae et imperantis reponi non debent in appetitu sensitivo, quia virtus imperans non potest reponi in ea facultate quae non intendit honestatem: atqui appetitus sensitivus non intendit ipsam honestatem cum honestas non sit bonum sensibile; ergo virtus imperans ad solam voluntatem pertinet non ad appetitum sensitivum

Quaeritur utrum admitti possent in gentilibus quaedam virtutes morales saltem in statu imperfecto,

idem utrum
ille habitus laudabiles qui interdum reperiuntur in
gentilibus sint semper vitia.

Conclusio 3a.

In gentilibus admitti possunt quaedam virtutes
morales in statu imperfecto.

Ratio. Nam virtus moralis in statu imperfecto est
quaedam facilitas agendi propter honestatem:
atqui potest haec facilitas in gentilibus admitti.
nam illa facilitas duo tantum requiri et nempe rectum
judicium et bonam in voluntate affectionem ad sequen
dum rectum intellectus judicium atqui haec duo repe
riri possunt in gentilibus; 1o quidem ipsis dari potest
rectum judicium, quia participes sunt luminis
naturalis; 2o in horum voluntate potest haec bona
quaedam affectio ad sequendum rectum intellectus
judicium. nam illa affectio et dispositio oritur ab
actibus repetitis circa materiam virtutis: atqui gen
tiles saltem nonnulli aliquando hercem actus circa
materiam virtutis si quidem hic Augustino libro de
Spiritu et littera c. 28 in infidelibus quaedam
sunt opera quae secundum justitiae regulas vitupe
rare non possumus sed merito ac jure laudare debe
mus; ergo &c.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1º nulla sit in infidelibus virtus ne quidem in statu imperfecto, si quaevis eorum actio sit peccatum, virtus enim actibus peccati non comparatur: atqui quaelibet gentilium actio sit peccatum. nam ex apostolo ad romanos capite 14 quod non sit ex fide, peccatum sit: atqui in gentilibus nulla sit fides; ergo &c.

Nego minorem nam opera quae secundum justitiae regulas vituperari non possunt sed potius laudari debent non sunt peccata: atqui ex Augustino supra laudato in gentilibus sunt quaedam opera, quae secundum justitiae regulas vituperare non possumus, sed merito ac jure laudare debemus ergo &c.

Ad locum apostoli dis. quod non sit ex fide, id est, ex bona conscientia et certa quadam animi fiducia peccatum sit con., quod non sit fide theologica et proprie dicta peccatum sit nego.

Itaque quod non sit ex fide, id est, quidquid fit contra conscientiam et dictamen rationis, semper sit peccatum; sed illud semper non sit peccatum, quod non fit ex fide proprie dicta et theologica,

quae facit Christianos; declarat enim Apostolus
in fideles posse recte agere, seu exercere quod lege
prescriptum est: cum enim gentes, inquit, quae legem
non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciant,
ipsi sibi sunt lex
Quod autem illud testimonium Apostoli omne
quod non est ex fide peccatum est non debeat intelligi
de fide Theologica quae Cristianos facit sed de sincera et
sincera animi persuasione patet quia hic agitur de
ciborum delectu de quibus edere contra conscientiam
non licere declarat Apostolus
Ins. illud est peccatum, quod deo displicet: atqui quod
non fit ex fide Theologica deo do displicet nam ex
eodem apostolo sine fide impossibile est placere deo ergo &c.
Nego minorem nam, illud non displicet deo, quod fit
ex recta ratione et propter honestatem: atqui actus, qui
fit sine fide Theologica, potest fieri ex recta ratione
et propter honestatem, v. g. judex aequus potest solo
justitiae veritatis, et ordinis amore jus inter conten
dentes dicere; pariter dives potest inopi subvenire solo
humanitatis studio quia id rationi et ordini conveni.
Ad authoritatem apostoli dis. sine fide impossibile
est placere deo in ordine supernali con in ordine
naturali nego.
Equidem sine fide nemo potest placere deo in ord
ine supernaturali, id est quid quod agere quod mere
atur

vitam aeternam, quia ad id necessaria 1° fides necessaria
est in Creatorum 2° gratia justificans sine qua nemo
salvari potest.

Obj. 2°: ille actus non est actus virtutis qui procedit
a principio malo atqui omnes actus infidelium pro
cedunt a principio malo nimirum a concupiscentia
quae certe mala est; ergo &c.

Nego maj. ad cuprobationem nemo omnes actus
procedere a concupiscentia si quidem plures veni
unt ex recta ratione et proinde boni sunt morali
ter. Enimvero illae actiones non sunt malae moraliter
et in ordine naturali quae merentur aliquam ster
cedem temporalem atqui ex Augustino L. 5°
de Civitate Dei c. 12 quaedam infidelium actiones meru
erunt mercedem temporalem, veletiam potuerunt
obtinere remissionem penerarum in inferiis ut
ait idem augustinus Libro 4° contra julianum
Capite 3°; ergo &c.

Ins nullum est medium inter caritatem et con
cupiscentiam. nam juxta Augustinum ubi
non est caritas ibi regnat carnalis cupiditas; atqui
actiones gentilium non oriuntur a caritate ergo &c.

Dis maj. nullum est medium inter caritatem et
concupiscentiam ratione subjecti cum maj. ratione
actus nego maj. atqui &c.

itaque nullum sit medium inter Caritatem et
Concupiscentiam ratione subjecti, vel enim subjectum
nempe homo est in gratia vel in peccato, sed datur
medium ratione actus quamvis enim homo supp
onatur esse in gratia aut in peccato, omnes tamen
illius actiones non veniunt vel a Caritate, vel a Con
cupiscentia. 1º non a Caritate, quia justus saepe veni
aliter peccat. 2º non a Concupiscentia aut infidelita
te, quia non nullae illius actiones possunt oriri ex
recta ratione, praesertim adjuvante gratia actuali.
nam, ut habet augustinus libro de Spiritu et littera
c. 28, nam lousque adeo in anima humana imago
Dei tenenorum affectuum labe detrita sit, ut nulla
in ea velut lineamenta extrema remanserint unde
merito dici potest Ricum etiam in impietate ipsa
vitae suae facere aliqua legis praecepta vel sapere sicut
enim non impedium a vita aeterna justum quaedam
peccata venialia sine quibus haec vita non ducitur, sic
ad salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua
bona opera sine quibus difficillime vita cujuslibet
pessimi hominis invenitur. unde patet Augustinum
credidisse in gentilibus non nullas esse actiones bonas
moraliter, quamquam nihil prosint ad vitam aeternam;
ergo omnis actio hominis etiam a Concupiscentia aut
infidelitate non proficiscitur.

Obj 3° Ex Sancto Augustino sentites non habent veram pudicitiam quia non servant fidem conjugii propter verum Deum pariter ex eodem doctore fortitudo sentitium ex cupiditas gentiles sunt arbores steriles denique Augustinus passim insectatur pelagianos quod dicerent hominem per congenitas vires aliquod bonum exercere posse et legem naturalem implere; ergo existimant nullam esse in gentilibus actionem bonam.

Respondeo 1° Sanctum Augustinum ita loqui non quod existimet omnes prorsus sentitium actiones esse peccata, sed quia raro contingit ut ex solo rationis judicio non ex prava aliqua cupiditate stinci et infideles suos exerceant actus.

2° Sanctus Augustinus saepe agit de actibus gentilium consideratis in ordine ad vitam aeternam non autem in ordine ad honestatem naturalem jam vero si virtutes et actus infidelium spectentur in ordine ad vitam aeternam non sunt virtutes et quodam sensu possunt dici peccata, sic sentites merito vocantur ab Augustino arbores steriles quia non ferunt fructus vitae aeternae.

Ins. hanc nostram responsionem adhibebat olim julianus cum fatebatur opera infidelium esse sterilia ad vitam aeternam igitur cum Augustinus

nihilominus cum urgeat et insectetur pater augus
tinum credidisse omnium infidelium non tantum
hic sterilia ad vitam æternam sed minime parti
cipare naturalem honestatem.

Dis. Antecedens hanc responsionem adhibebat olim
Julianus strute et apparente Con. Ante. sincere et
in rei veritate nego Antecedens.

Itaque Julianus non loquebatur sincere et ex animo
sed hanc afferebat responsionem ut declinaret difficultatem et
defugeret suspicionem errores quapropter si cum refutat
Augustinus si ex lege observata infidelis meretur gratiam
gratia ipsi debita jam non amplius sit gratia quæ sit
gratis data ex quibus Augustini verbis constat julianum
quem refellit credidisse in rei veritate opera infidelium
mereri adeo gratiam salutis atque adeo non esse sterilia
in ordine ad vitam æternam.

Obj. 4.° Ea opera non sunt bona nequidem bonitate
morali quæ non referuntur ad Deum atqui opera infi
delium non referuntur ad Deum si quidem infideles Deum
non cognoscunt.

Dis. maj. Ea opera non sunt bona nequidem bonitate
morali quæ non referuntur ad Deum neque explicite
neque implicite Con. maj. explicite nego majorem.

Itaque opera infidelium non referuntur ad Deum
explicite quia infideles explicite Deum non cognoscunt sed
possunt referre ad Deum implicite quia omnis actus bonus

et honestus sic se refertur ad deum finem propter honestatem moralem, id est, veritatem justitiam vel ordinem quae sunt aut deus aut quidam divinitatis radius scilicet in ejusmodi actionibus homo non agit ut infidelis sed quatenus aliquid retinet boni, illius quod in prima sua origine adeo accepit, ergo &c.

Ms. Si opera infidelium referuntur ad deum implicite quia fiunt propter honestatem moralem deus erit tantum finis operis non vero operantis: atqui id non sufficit ut Gentilis homo censeatur exercere aliquod bonum opus ergo &c.

Ego maj. deus enim non erit tantum finis operis sed etiam finis ultimus operantis saltem implicite licet supponatur gentilis deum non agnoscere ut enim deus sit finis operantis saltem implicite satis est quod gentilis tendat ad aliquam divinae essentiae participationem atqui licet gentilis deum non cognoscat explicite attamen potest agere juxta honestatem sicque tendere ad aliquam divinae essentiae participationem v.g. judex ethnicus potest solo justitiae veritatis et ordinis amore jus inter contendentes dicere potest largiri elemosinam pauperi et amore misericordiae humanitatis et proximi atqui haec omnia bona sunt et honesta moraliter ergo &c.

Adde quod non negamus ut jam supra monuimus infideles in ejusmodi actibus adjuvari aliqua gratia actuali.

De Variis Virtutum Speciebus

Virtus moralis sic dicta ea vocatur quae pertinet ad dirigendos actus humanos ad honestatem.

Virtus moralis universim duplex distinguitur aut distingui potest prudentia aut Charitas prudentia quidem quae sit in intellectu recta ratio agendorum et Caritas quae sit in voluntate rectus amor agendorum ratio sit quia tot sunt universim admittendae virtutes morales quot sunt universim difficultates superandae in dirigendis actibus ad honestatem atqui duae sunt ejusmodi difficultates generatim altera pertinens ad ad intellectum nempe agendorum ignorantia altera pertinens ad voluntatem nimirum per verus amor pono agendorum ignorantia tollitur tollitur per prudentiam et per verus amor Corrigitur per Caritatem ergo duae sunt generatim Virtutes morales quibus tota morum honestas et probitas Continetur nempe prudentia residens in intellectu et Caritas residens in Voluntate.

Jam vero Caritas seu agendorum rectus amor potest spectari vel quatenus reddit unicuique quod suum sit nempe Deo nobis metipsis et proximo et tunc vocatur justitia vel quatenus imponit modum timori et dolori quibus homo deterretur ab honesto agendo et dicitur Cor-

titudo

vel denique spectatur quatenus ponit modum voluptati et appellatur temperantia quapropter justitia fortitudo et temperantia a Caritate tanquam a fonte fluunt et manant hinc patet secundum mediatam et immediatam virtutum distributionem quatuor esse generatim admittendas virtutes morales prudentiam justitiam fortitudinem et temperantiam quae Cardinales dicuntur quia quatuor illis virtutibus tota vita moralis verritur et intitur tanquam janua suis Cardinibus.

De Prudentia

Prudentia definitur ab Aristotele habitus vera cum ratione activus circa ea quae sunt bona aut mala moraliter. a Sancto Augustino dicitur rerum expetendarum ratio et fugiendarum seu scientia. Si quidem prudentia distinguit bona a malis et utilia a noxiis omnemque vitae rationem moderatur.

Tres sunt praesertim actus prudentiae Consultatio rectum judicium et imperium.

Consultatio quaerit media utilia et necessaria ad finem consequendum. hinc proverbiorum Capite 4.° prudens agit omnia cum consilio. Consultationi opponitur praecipitatio.

Rectum judicium hic actus mentis nostrae quo certo dicerimus quid sit agendum quid vel fugiendum. recto judicio opponitur hebetudo stoliditas mentis.

Imperium est actus mentis quo praecipimus qua ratione utendum sit de mediis quae optima fuerunt judicata.

Praeterea aliae assignantur prudentiae partes quibus ipsa adjuvatur nimirum memoria solertia docilitas circonspectio et providentia.

Prudentia opponitur imprudentia quae ignorationem aliquando, semper vero praecipitationem dicit opponitur quoque negligentiae quae ~~ign~~ pigritia est et quaedam animi mollicies nimia bonorum terrestrium sollicitudo est etiam vitium oppositum prudentiae hinc illud scripturae et proverbiorum capite 23 versu 4.° noli laborare ut diteris sed prudentiae tuae pone modum.

De justitia.

Justitia definitur a multis perpetua et constans voluntas tribuendi unicuique quod suum est sed minus accurate quia justitia non est facultas sed habitus unde accuratius definitur perpetua et constans facilitas reddendi cuique quod suum est.

Triplex ut alibi diximus, est justitia, nimirum commutativa distributiva et vindicativa.

Partes justitiae sunt relligio erga deum pietas erga parentes, et observantia erga caeteros homines, praesertim qui aut virtute aut dignitate praestant.

Quaeritur hic utrum in poenis decernendis talio observari debeat

Duplex est talio physica et moralis. talio physica

hi ani positio pena quae phisice omnino similis hi inju
riae illatae ut cum dicitur in scriptura oculus pro oculo
dens pro dente. talio moralis hi quaedam proporsio
supplicii cum injuria illa habita ratione persona
rum et circonstantiarum in quibus actio peracta hi

Conclusio 1.a

Talio moralis in poenis decernendis debet observari

Probatur nam illud observari debet quod aequam
ponit proporsionem inter offensam et poenam in
reparatione injuriae atqui talis hi talio moralis,
quia gravitas injuriae et meritum satisfactionis
estimantur, non hi solo materiali injuriae aut
satisfactionis, sed praesertim hi dignitate personarum
offensae et offendentis et hi aliis circonstantiis. hoc
talio moralis in poenis decernendis debet observari.
hoc &c.

Conclusio 2.a

Talio phisica non debet observari in justitia
vindicativa

Pro. nam illud non debet observari in justitia vindi
cativa quod in reparatione injuriae non ponit
justam aequalitatem inter offensam et poenam sed
deficit vel excedit: atqui talio phisica hi ejusmodi,
v.g. si quis princeps subditum, superior inferiorem
percusserit non propterea pariter repercutiendus:
nam tum daretur excessus in poena, si vero hi altera

parte subditus regem inferior superiorem percusserit, satis non hic, si pariter repercutiatur, nam tunc hic defectus in pœna; hoc talio phisica non debet observari.

Et certe gravitas injuriæ et meritum satisfactionis non repetuntur ex solo materiali injuriæ aut satisfactionis, sed ex dignitate personarum et aliis circumstantiis: atqui quando observatur talio phisica, habetur tantum ratio injuriæ materialiter sumptæ non vero dignitatis personarum et aliarum circonstantiarum in quibus injuria et satisfactio versantur.

Dices dictum fuit judeis oculus pro oculo, dens pro dente: atqui illud est talio phisica, hoc &c.

Dis. maj. dictum est judeis, ad duritiem cordis, oculus pro oculo, dens pro dente. Con. maj. ad perfectam rationem justitiæ. nego maj. atqui &c.

Itaque illud justitiæ genus traditum fuit judeis ad duritiem cordis eorum et ut finis imponeretur ultioni, sed erat justitia imperfectorum.

Quæritur ibi utrum judex debeat judicare secundum allegata et probata contra propriam scientiam quod ut intelligatur.

Observa judices et magistratus in republica creari, ut illorum ministerio respublica reddat uni cuique quod suum est, juxta leges quas ipsa plena æquitatis constituit: jam vero ex lege et facto jus nascitur apud homines; proindeque necesse est ut judex in

pronunciandis judiciis attendat ad legem et factum
ut sua cuique jura servet. Studio et exercitatione cog
nitionem legum consequitur judex; notitiam vero
facti habet ab instrumentis et testibus: quorum fieri potest
absolute ut judex aliquid noverit ex propria scientia et
tamen contrarium accipiat ab instrumentis et relati
one testium, v.g. fieri potest ut judex propria scientia
sciat paulum ab omni crimine hic immunem, et
illum tamen instrumentis publicis et relatione testium
homicidii accusatum et convictum videat.
In hoc casu quaestio in utrum judex post habitis instru
mentis publicis et relatione testium sequi debeat prop
riam scientiam an potius neglecta privata scientia
teneatur sequi alienam notitiam ab instrumentis
publicis et testibus acceptam atque adeo damnare
eum quem novit innocentem. hoc sensu debet intelli
gi quaestio utrum judex debeat judicare secundum alle
gata et probata, quare sit

Conclusio 3a.

Judex debet judicare secundum allegata et
probata contra propriam scientiam.

Pro. nam persona publica judicans ut publica, id est
vices reipublicae gerens, debet judicare secundum scien
tiam publicam, quia judicare debet sicut judicare
respublica atqui judex in persona publica scientia

autem publica sit, la quae habetur per instrumenta publica et testes, id sit allegata et probata; hoc etiam si reclamet propria scientia judex debet judicare secundum allegata et probata.

Et certe la sententia sit admittenda qua sublata maxima derivantur in rem publicam incommoda: atqui nisi judex teneatur judicare secundum allegata et probata maxima derivantur in rem publicam incommoda: 1.º nulla amplius remoneret judiciorum forma, quia judex ad arbitrium pecunia aut quovis alio modo corruptus poterit reum absolvere testando se eum cognoscere innocentem 2.º male consulitur securitati judicis apud quem malevoli poterunt accusare innocentem ut judicem cogant abire magistratu ne scilicet insontem morti damnet 3.º non consulitur etiam publice tranquillitati; maximi enim excitabuntur in populo motus, si qui juridice reus probatus sit et proinde talis habetur, absolvatur a judice; hoc judex reclamante propria scientia debet judicare secundum allegata et probata unde illud deuteronomium in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.

Solvuntur Objectiones.

Objicies 1.º rex non debet judicare secundum allegata et probata; hoc nec judex.

Sequi consequentiam et paritatem ratio disparitatis sit quod Rex pro sua supremia potestate possit etiam reos absolvere unde a fortiori potest et debet absolvere et dimittere eum quem novit innocentem; at vero judex sit merum reipublicae instrumentum; proindeque judicando debet sequi scientiam publicam.

Obj. 2.° homo judicando debet se conformare judicio divino atqui judicium divinum fit semper secundum privatam scientiam non autem secundum scientiam publicam quando opponitur scientiae privatae

Dis. maj. homo judicando debet se conformare quantum potest judicio divino con. maj. secus nego maj. atqui &c.

Itaque judex inter judicandum debet quantum potest se conformare divino judicio, sed in presenti hypothesi non potest judicare quemadmodum Deus judicaret si quidem Deus ut pote supremus Dominus judicat propria authoritate; judex vero judicat tantum authoritate accepta a republica; ergo in ferendis judiciis debet sequi scientiam publicam.

Et certe si valeret hoc argumentum, ut Deus non absolvit reum quantumvis judicio probatum innocentem sic judex eum non deberet absolvere, ut se conformaret judicio divino: atqui id falsum sunt fatentur ipsimet adversarii ergo argumentum nihil probat

Objicies 3.° Exodii Capite 23 versibus 10 et 20.
Vetitum ut judicem sequi falsum testimonium his
verbis, non audies vocem mendacii, nec in judicio
acquiesces plurimorum sententiae, ut a recto deviet:
atqui judex judicans secundum allegata et probata
audit vocem mendacii et plurimorum sententiae
acquiescit ut a recto deviet; ergo &c.
Dis maj. non audies vocem mendacii, si mendacium
possit sapientia judicis palam fieri et publice mani
festari con maj. si mendacium arte nulla possit
detegi et publice manifestari nego maj. atqui &c.
Itaque quando mendacium aliquo arte et
sapientia judicis detegi et manifestari potest quem
admodum legitur in scriptura detectum fuisse men
dacium testium sapientia danielis in causa Susannae
tunc judex non debet audire et sequi vocem mendacii.
Sed res aliter se habet, si mendacium palam fieri
et manifestari non potest, nec tunc judex audit vocem
mendacii, ut a recto deviet, sed ut munus judicis
impleat juxta aequissimam judiciorum formam;
quapropter illa Exodii verba non pertinent ad praesen
tem quaestionem, quia ibi arguuntur iniqui judices
qui ut a recto deviet, adducunt falsos et mendaces
homines, quorum iniquas voces audiunt, ut opprim
ant innocentem.

Obj. 4º Judex condemnans innocentem contra propriam sententiam mentitur si quidem condemnat reum quem novit innocentem atqui nunquam licet mentiri; ergo &c

Nego maj. nam judex in hoc casu non pronunciat accusatum hic reum, sed illum hic legitime et juridice convictum; quod certe ex hypothesi verum est.

Obj. 5º non licet judici occidere hominem innocentem; atqui si judex judicaret secundum allegata et probata contra propriam scientiam occideret innocentem; ergo &c

Dis. maj. non licet judici occidere hominem innocentem cognitum ut innocentem con. maj. secus nego maj. pater solutio

Ms minus licitum est judici occidere hominem innocentem cognitum ut innocentem privata scientia, quam licitum sit non sequi scientiam publicam; ergo quoties conque vel occidendus est homo innocens, vel deserenda est scientia publica judex debet servare innocentem et deserere scientiam publicam.

Nego antecedens nam non occidere hominem innocentem cognitum ut innocentem scientia privata, hoc pertinet ad bonum privatum; at vero non deserere scientiam publicam in hereendis judiciis publicis, hoc

pertinet ad bonum publicum; ergo cum vel occidendus
sit unus cens, vel deserenda scientia publica, magis
expedit reipublicae occidi hominem in his circumstantiis
quam deseri scientiam publicam. Hinc enim longe
majora sequerentur in rem publicam incommoda
quam unius hominis unius centis occisio quae abinde
raro et per accidens contingeret.

Obj. 6°. adhibentur testes in judiciis ut fiat notus judicii
author criminis; ergo si judex propriam habet scien
tiam rei gestae, non debet aliam querere per allegata
et probata.

Dis. Antecedens adhibentur testes in judiciis, ut notus
fiat judicii author criminis per scientiam publicam
et reipublicae mentem cognoscat. Conc. Ante ut cog
noscat simpliciter authorem nego Antecedens.

Itaque ad legitimam judiciorum formam non
sufficit ut judex cognoscat simpliciter authorem cri
minis, sed necesse sit ut cognoscat modo convenienti
judiciis quae exercentur authoritate publica et
nomine reipublicae, cujus judex sit minister: porro
modus ille conveniens exigit ut judex cognoscat autho
rem criminis per scientiam publicam, quae non sit
in libera potestate judicis, ne simul testis sit et judex,
quod omnino repugnat legitimae judiciorum formae.

Obj. 7º. Si judex posset judicare secundum probata et allegata contra propriam scientiam non satis hoc provisum innocentis securitati, nam non hic satis provisum innocentis securitati quando malitia hominis ex insonte potest facere reum: atqui si judex posset judicare secundum allegata et probata tunc malitia hominum posset ex insontibus facere reos; ergo &c.

Nego Antecedens ad cujus probationem dis. maj. satis non hoc provisum innocentis securitati, quando malitia hominum ex insontibus posset facere reos de facto Con. maj. de jure tantum nego maj. atq &c.

Itaque potest quis fieri reus duobus modis de jure et de facto

Reus de jure hic ille, qui instrumentis publicis et relatione testium juridice convincitur alicujus criminis

Reus de facto hic ille, qui revera in culpa versatur et aliquod crimen perpetravit.

Equidem in nostra sententia malitia hominum potest facere reos de jure, non vero de facto; proinde que non sequitur innocentis securitati minus hoc provisum; 1º. quia nunquam forsitan occurret ille casus in quo solus judex habeat privatam scientiam

innocentiae hominis qui accusaretur; 2°. quia in contraria scientia longe graviora sequerentur incommoda.

Obj. 8°. Si judex certo cognosceret se non habere authoritatem, non posset accusatum damnare, quidquid adduceretur ad probandum quod haberet authoritatem 2°. Si judex certo noverit iniquitatem alicujus legis, non potest secundum illam judicare quamvis ipsa probetur justa 3°. Si quis sciat hanc mulierem non esse suam uxorem non potest licite ad eam accedere, licet juridice probetur eam esse ipsius uxorem; ergo a pari si judex propria scientia noverit aliquem esse innocentem quantumvis instrumentis publicis et relatione testium convincatur alicujus criminis eum damnare non potest.

Respondeo 1°. Si agatur in objectione de authoritate temporali negando antecedens. Si quis enim juridice probetur esse judex, potest exercere officia judicis, quia publica persuasio sufficit ad tribuendam authoritatem. Si vero agatur de authoritate spirituali magna est disparitas quia authoritas spiritualis v. g. sacerdotis pendet a caractere quem publica testimonia et caeteras probationes externae non tribuunt.

Res. ad secundum si agatur e lege revera injusta, non potest ejus equitas sic probari, quin probationes refelli possent; non enim res est facti, quae probetur authoritate testium; sed res est juris, quae rationibus dem debet ostrari.

Res. ad tertium nullam esse paritatem ratio disparitatis hic quod accedere ad mulierem hic actus hominis ut persona privata adeoque debet dirigi per propriam notitiam, sed judicare hic actio judicis prout hic persona publica; proindeque debet dirigi per scientiam publicam.

Obj. 9.° Si judex deberet judicare secundum allegata et probata, pilatus non peccasset damnando Christum atqui id dici non potest; ergo &c.

Ego maj. nulla hic enim paritas inter hominem et Christum Dei filium, qui non modo hic scriptura sacra ostendebat se hic messiam a prophetis annuntiatum, sed etiam suam demonstrabat divinitatem infinitis numero miraculis quibus fidem denegare erat summa impietas et inexcusabilis caecitas.

2.° ille judex peccat qui damnat eum qui non fuit juridice convictus et juxta legitimam judiciorum formam atqui pilatus damnavit Christum non convictum juridice secundum legitimam judiciorum formam. nam legitima judiciorum forma postulat 1.° ut fraus et malitia testium publice non sit nota, 2.° ut illorum testimonia conveniant et probent crimen hominis accusati: atqui nihil horum contigit in causa Christi, ut patet his scripturae verbis matthei c. 26. versu 59, principes autem sacerdotum et omne consilium quaerebant falsum testimonium contra Jesum ut

cum morti traderem, et non invenerunt, cum (id hi-
licet) multi falsi testes accessissent. et Marci decimo
quarto versu 57 convenientia testimonia non ham.
et matthei 27 ait illis praeses, quid enim mali fecit?
at illi magis clamabant dicentes crucifigatur. et
Luce c. 13 v. 22 nullam causam mortis invenio in ho.
et Joannis c. 19 v. 29 Exivit ergo Pilatus ad eos foras
et dixit, quam accusationem affertis adversus hominem
hunc, et responderunt et dixerunt ei, si non esset hic
male factor, non tibi tradidissemus eum. quae omnia
probant in causa Christi violatam fuisse omnem
judiciorum formam atque adeo ipsum injuste
omnino fuisse damnatum.

De fortitudine

Fortitudo est constans et perpetua facilitas
subeundi periculi et sustinendi doloris ex moti-
vo honestatis.

Partes integrantes fortitudinis sunt fiducia mag-
nanimitas patientia et perseverantia. nam ad
perfectionem actuum fortitudinis duo requiruntur,
nimirum agere fortiter et pati fortiter: porro actio
pertinet ad aggressorem, passio vero ad sustinentem.
jam vero ad aggrediendum duo sunt necessaria, scilicet
fiducia ad animi praeparationem pertinens, et
magnanimitas ad constantem operis executionem

pertinens. pariter ad sustinendum duo requiruntur, puta patientia, ut animus malorum pondere sive praesentium, sive imminentium, non frangatur, et perseverantior, ut animus malorum et laboris diuturnitate non deficiat.

Fortitudini opponitur per defectum timiditas et per excessum temeritas.

Quaeritur ibi utrum nobilius sit aggredi quam sustinere seu utrum fortitudo magis eluceat in aggrediendo quam deffendendo.

Conclusio 1.a

Fortitudo magis elucet sustinendo quam aggrediendo.

Probatur nam ibi magis elucet fortitudo ubi major est superanda difficultas: atqui caeteris paribus major est difficultas superanda in deffensione quam in oppugnatione quam major est difficultas superanda respectu illius hominis qui difficilius potest in suum commodum pericula convertere atqui deffensor difficilius potest in suum commodum pericula convertere qui enim periculum non habet in sua potestate difficilius potest ille in suum commodum convertere periculum atqui deffensor non habet periculum in sua potestate sed aggressor qui periculum sumit ex propria electione unde aggressor censetur praevidere omnes et singulas periculi circumstantias quae praestare nequit deffensor.

Et certe illustrior est fortitudo in sustinendo quam ag

grediendo si magis laudatur homo qui vicit deffensor quam si vicisset aggressor et vice versa magis vituperatur homo qui victus est aggressor quam si deffensor victus fuisset atqui res ita est id autem fit quia majus sensetur esse periculum deffensoris quam aggressoris.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.° nobilius est agere quam pati atqui aggredi est agere sustinere vero et deffendere est pati; ergo &c.

Distingo minorem sustinere mere passive est pati Con. minorem sustinere active nego minorem.

Itaque in praesenti negotio sustinere mere passive est admittere malum sine ulla resistentia sustinere active et subire periculum cum aliqua resistentia.

Equidem sustinere mere passive est duntaxat pati at vero sustinere active id est resistendo et vim vi repellendo non est simpliciter pati.

Objicies 2.° difficilius est obsidere quam se ab obsidione deffendere; ergo nobilius est aggredi quam deffendere.

Nego Antecedens obsidentes enim ut obsidentes habent in sua potestate periculum locum tempus et aliorum temporis circonstantias unde difficilior est sors et conditio obsessorum quam obsidentium.

Quaeritur utrum fortitudo magis eluceat in repentinis quam in praevisis.

Respondeo affirmative nam fortitudo magis elucet ubi opus est habitu magis confirmato. atqui in repentinis magis opus est habitu constantiori et magis confirmato quia periculum praesens minime praevisum vehementius instat et urget

Dices si nobilior est actus virtutis quo liberior et magis deliberatus: atqui actus praevisus est ejusmodi; ergo &c.

Dis. maj. si caetera sint paria con maj. secus nego maj. porro omnia non sunt paria repentinus enim actus fortitudinis difficilior est atque adeo nobilior cum enim fortitudo versetur circa difficilia nobilitas actus fortitudinis aestimari debet ex difficultate.

Quaeritur 2°. utrum est actus fortitudinis se ipsum occidere.

Respondeo negative quia ille actus non est fortitudinis qui oritur potius ex infirmitate et ignavia quam ex firmitate et animi constantia: atqui sibi mortem inferre, id oritur potius ex ignavia quam ex animi firmitate et constantia. Siquidem directa sui ipsius occisio ex animi determinatione et impatientia propter gravitatem et diuturnitatem, quia ejusmodi malis tolerandis impar sit animus.

Dices ingens adire periculum et acerbissimum constanter pati dolorem est actus verae fortitudinis.

atque se ipsum directe occidere sit ingens adire periculum ergo &c.

Distingo maj. ingens adire periculum et acerbissimum dolorem constanter pati sed recta ratione et laudabili motivo sit actus fortitudinis cum maj. sed omnino desperatione et metu majoris mali nego majorem.

Itaque violentos sibi manus inferentes quidam non agunt sed recta ratione sed metu gravioris mali quod sustinere fortiter nequeunt unde pusillanimes et ignavi haberi debent non fortes et constantes.

Instabis laudatur Samson quod sibi mortem consciverit ergo &c.

Dis Antecedens quod sibi mortem consciverit inspiratione divina cum Antecedens privata authoritate nego Antecedens.

Adde quod Samson non se directe interemit sed opprimendo hostes dei ipse fuit oppressus quemadmodum olim Eleazar oppressus fuit ab Elephante cui libenter se supposuerat macabeorum libro primo capite sexto versu 46.

Quaeritur utrum duellum sit actus fortitudinis.

Duplex sit duellum privatum et publicum duellum publicum sit illud quod authoritate publica suscipitur ut pareatur civium sanguis et pax procuretur tale fuit olim certamen inter David et Sauliath et inter horatios et curatios apud romanos.

Duellum privatum est illud quod authoritate privata

suscipitur et propter bonum privatum hispositis sit.

Conclusio 2.a

Duellum publicum sit actus fortitudinis

Probatur nam ille actus sit veræ fortitudinis qui in materia fortitudinis exercetur secundum rectam rationem atqui duellum publicum sit ejusmodi si enim publicum bellum suscipi potest secundum rectam rationem a forti ori duellum publicum ergo &c.

Conclusio 3.a

Duellum privatum non sit actus veræ fortitudinis

Probatur nam ille actus non sit veræ fortitudinis qui non exercetur ex motivo honesto et laudabili: atqui duellum privatum non exercetur ex motivo honesto et laudabili. duplex enim sit tantum motivum duelli privati nimirum ulcissenda injuria aut veritas manifestanda. atqui neutrum dici potest honestum et laudabile 1.o quidem ulcissenda injuria privata non sit motivum laudabile et honestum nam illud non sit honestum et laudabile quod recta ratio prohibet atqui recta ratio prohibet duellum privatum adhiberi ad ulcissendam injuriam privatam vetat enim ultionem esse in potestate privatorum hominum tamque soli rei publicæ permittit, 2.o manifestanda veritas per duellum privatum non sit non sit motivum honestum ex quo sequitur homicidium sine ulla spe manifestandæ veritatis.

atqui in duello privato sequitur homicidium sine ulla spe manifestandae veritatis; ut enim haberetur cognitio veritatis per duellum deberet is qui rem in duello cadere innocens vero vincere. atqui res saepe aliter accidit nam saepe aut innocens solus cadit aut etiam non nunquam ambo cadunt ergo &c.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1° bellum inter principes licitum in adulcissendam injuriam et jura repetenda: atq non minus bello quam duello cadunt nocentes et innocentes ergo nulla nostra probatio.

Dis maj. bellum licitum in inter principes adulcissendam injuriam et jura repetenda quando injuriam et jura alio modo repeti non possunt con maj. secus nego majorem.

Itaque illud discriminis in inter principes et privatos homines qui reipublicae legibus subjiciuntur, quod privati possunt adversus privatos agere de injuria ulcissenda et jure repetendo coram judicibus reipublicae ad hoc constitutis: at vero principes non habent judices superiores apud quos litigare possent de juribus repetendis, cum his in terris uni deo subjiciantur in temporalibus.

Ins. saepe contingit ut non possimus injurias ulcissi per judices et principes, nempe quando desunt

testes aut corrupti sunt judices; ergo tunc temporis licitum est duellum privatum.

Nego consequentiam tunc enim patienter ferenda est injuria quando non possumus eam ulcisci sine detrimento publico, imprudenti vitae periculo, legum violatione et regalis authoritatis contemptu, quae omnia reperiuntur in duello authoritate privata suscepto.

Ins. potest supponi quaedam familia translata in insulam quamdam sine rege et principe; atqui in tali casu licet privato duello injuriam ulcisci suam ergo &c.

Nego minorem tunc enim temporis certamen ab illa familia susceptum non esset privatum duellum; nam in illa familia et occasione pater familias esset rex seu princeps suae familiae, et familia agens ex illius authoritate, ageret authoritate publica non privata.

Obj. 2.° licet homini privato occidere hominem privatum in via insidiantem etiam non expectata authoritate publica; ergo privatum duellum licitum est.

1.° Nego antecedens nam privato homini potius est moriendo, quam ut quemquam ex intentione interficiat; illud enim omnino prohibetur hoc decalogi praecepto non occides.

2.° Nego consequentiam nam in duello privato reperitur aliquod pactum, cum suscipiatur ex conventione, quapropter jure et merito interdicitur a principibus, quod non fit cum quis ex improviso in via

et in Sylvis oppugnatur a latrone, aut ab alio quovis homine.

Ins. licet vim vi repellere ergo verum Antecedens.

Respondeo verum hoc illud Antecedens si bene intelligatur, nimirum licet vim vi repellere, quia unusquisque tenetur impedire quantum licet ne ipse interficiatur, proindeque debet avertere et declinare quaecunque mortem afferre possunt; sed ne interficiatur, non debet alios interficere, quamvis vitam suam aliter servare non posset.

Ins. licet privato homini occidere alterum hominem calumniantem et famae suae detrahentem quia fama est praetiosior vita ergo &c.

Nego antecedens hac enim opinione nihil perniciosius, non modo religioni, sed etiam societati humanae excogitari potuit. ad id autem quod additur fama praetiosior est vita dis. propositionem fama et existimatio virtutis apud deum praetiosior est vita con. apud homines nego.

Itaque licet falsus et fucatus honor qui in hominum existimatione consistit possit nobis eripi attamen apud deum nunquam nobis invitis eripietur vera fama et existimatio, quae semper virtutem sequitur; proindeque calumniantem et nobis detrahentem nunquam licet nobis occidere.

De Temperantiâ

Temperantia est perpetua et constans facilitas ponendi modum voluptatibus corporis, quae potissimus gustu et tactu percipiuntur. Hinc aliquando definitur mediocritas in voluptatibus gustus et tactus: porro voluptates gustus praesertim percipiuntur ex cibo et potu, beneficio linguae et gutturis. quapropter philoxenus olim Gruis collum appetebat, ut hac voluptate diutius frueretur.

Quatuor numerantur subjectivae partes temperantiae, nimirum abstinentia quae cibo sobrietas, quae potui; castitas, quae rei venereae; et pudicitia, quae omnibus voluptatum aestibus modum ponit.

Castitas triplex est, virginalis quae respuit omnes omnino voluptates venereas; conjugalis, quae sas regicit extra legitimum thorum et vidualis quae illas respuit ex motivo praeteriti matrimonii.

Partes integrantes temperantiae sunt verecundia quae refugit turpitudinem temperantiae contrariam et honestas, quae est inchoata temperantia, motum voluptatis ex impetu passionis excitatum deprimit.

Praeterea aliae solent assignari temperantiae partes, nimirum humilitas, quae impedit ne homo propriis bonis efferatur; mansuetudo, quae ponit

modum iræ; Clementia quæ punitionem moderatur, modestia, quæ gestus Corporis decenter Componit, et Simplicitas, quæ Vestibus et Supellectilibus modum Statuit.

Temperantiæ per Excessum opponitur intemperantia quæ nimium indulget voluptatibus gustus et tactus per defectum temperantiæ opponitur insensibilitas seu Stupiditas qua Corporis delectationes ad naturæ Conservationem ab ipso deo ordinatæ Contra rationem negliguntur.

Omnibus temperantiæ partibus opponuntur vitia Contraria. Ut Sobrietati opponitur Ebrietas Castitati luxuria, pudicitiæ impudicitia Continentiæ incontinentia humilitati Superbia &c.

Pars Tertia Ethicæ

De Proprietatibus Et Speciebus Actuum humanorum

Tertiam hanc Ethicæ partem duabus absolvemus disputationibus quarum prior erit de proprietatibus posterior vero de Speciebus actuum humanorum.

De Proprietatibus actuum humanorum

Proprietates actuum humanorum duæ præsertim numerantur nempe eorum bonitas et malitia quæ propter tria sic expendenda occurrunt 1º quid sit bonitas et malitia actuum humanorum 2º unde repetantur, 3º utrum cuilibet actui humano alter utra necessario conveniat

Quid sit bonitas et malitia Actuum humanorum

Bonitas moralis actuum humanorum sic ijdem conformitas cum recta ratione unde hæc actio dicitur bona moraliter quæ conformis sit

S. AMBROSIVS.

Ne læva in vanas fese MANVS efferat auras,
Quadrifido invigilat, dextera palma FLAGRO.

P. Gallays a S.te Francois de Sales. 1

cum recta ratione

Malitia moralis actuum humanorum est difformitas a recta ratione quapropter haec actio dicitur mala moraliter quae difformis a recta ratione.

Fatentur omnes phi atque etiam Theologi bonitatem moralem actuum humanorum hic quid positivum sed gravis controversia movetur circa malitiam moralem utrum dici possit quid positivum aut spectari debeat tanquam mera bonitatis absentia quod ut solvatur duplicem hic ponimus conclusionem.

Conclusio 1a

Malitia moralis reponenda sit in difformitate a recta ratione.

Probatur nam in hoc reponenda sit malitia moralis quod sit quid primum in peccato constituens formaliter peccatum in ratione peccati: atqui difformitas a recta ratione sit ejusmodi; nam la posita statim intelligitur peccatum; ergo &c.

Et certe malitia actuum humanorum consistit in jelorum difformitate a recta ratione si quoties homo agit humano modo toties debeat attendere ad rectam rationem et ad jelam se conformare: atqui res ita sit, cum recta ratio sit regula agendorum et omittendorum. igitur si jelius actio sit conformis rectae rationi, hoc ipso intelligitur formaliter

bona et honesta, si vero sit difformis statim concipi
tur formaliter mala et inhonesta; ergo &c.

Conclusio 2.a

Malitia moralis est mera absentia bonitatis
seu privatio rectitudinis debitae.

Pro. nam in loco cita est malitia moralis, quod
est quid primum in ipsa et quo posito statim actio
intelligitur mala: atqui absentia bonitatis seu
privatio rectitudinis debitae est quid primum in mali
tia morali et ea posita statim actio intelligitur
mala in tantum enim aliquis actus intelligi
tur malus moraliter in quantum intelligitur
privatus rectitudine debita.

Et certe si malitia esset aliquid reale et positivum
Deus censendus foret auctor peccati formaliter
sumpti, siquidem omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso nihil factum est quod factum est nisi ipsum
consequens vidit enim Deus omnia quae fecerat
inquit scriptura et erant bona. unde sanctus
prosper ad objectiones sibi propositas detestanda
est et abominanda opinio, quae Deum cujusque
malae voluntatis aut malae actionis credit esse
autorem.

Denique illud est asserendum de malitia mora
li

quod magis congruit cum sententia sanctorum patrum atqui sancti patres ii praesertim qui adversus manicheos scripserunt reponunt malitiam moralem in aliquo negativo sic sactus basilius chrisostomus et sanctus Augustinus qui his verbis urget manicheos libro 2.° De Civitate Dei nemoque erat causam effectricem malae voluntatis non hefficiens sed deficiens, quia illa nec hefectio, sed defectio.

Solvuntur Objectiones

Objicies 1.° Sancti patres vocant peccatum nihil morale; atqui non hinc sequitur peccatum nihil hse positive et phisice; ergo &c.

Nego maj rationes enim quas adducunt sancti patres non probant peccatum hse aliquid phisice, contra ostendunt peccatum nihil hse phisicum et positivum.

Et certe manichei nunquam dixerunt peccatum hse aliquid moraliter igitur quando sancti patres disputant et asserunt peccatum nihil hse loquuntur de nihilo phisico non vero de nihilo morali: unde hos hereticos increpant et irrident quod quererent causam efficientem nihili quare Augustinus, nemoque erat causam efficientem malae voluntatis non enim hefficiens sed deficiens, quia nec illa effectio, hs, sed defectio.

Obj. 2.° non minus malum morale est quid positivum quam malum phisicum: atqui malum phisicum est quid positivum v.g. venenum quod est malum phisicum ergo &c.

1.° nego minorem et distingo venenum est malum causaliter quatenus producit privationem debiti temporalis concedo malum est formaliter et secundum se nego

itaque venenum phisice et secundum se spectatum bonum est sed privatio debiti temperamenti quam producit, mala est: unde venenum debet duntaxat dici malum formaliter et effective

2.° negari potest major quia falsum supponit cum supponat simpliciter malum phisicum esse quid positum non malum phisicum est ipsum nihil

Obj. 3.° illud est quid phisicum et positivum, quod positivam habet causam atqui malitia saltem in peccato commissionis habet causam positivam nempe facultatem et ipsius actionem, ergo &c.

Dis. maj. illud est quid phisicum et positivum, quod habet causam positivam efficientem con maj. deficientem tantum nego maj. atqui &c.

itaque malitia moralis habet causam positivam deficientem non efficientem etiam in peccato commissionis cum malitia sit defectio non autem effectio nemoque erat inquit Augustinus.

causam efficientem malæ voluntatis, non enim efficiens sed deficiens; quia nec illa effectio est, sed defectio.

Ins illud habet causam positivam efficientem quod est ex eo quod voluntas agat: atqui malitia in peccato commissionis est ex eo quod voluntas agat; ergo &c.

Dis maj. quod est ex eo quod voluntas agat simul materiale et formale actionis con. maj ex eo quod agat materiale et deficiat in formali nego maj.

itaque juxta sanctum thomam duo distingui debent materia et formale.

materiale peccati est actus ipse positivus, seu ipsa actionis initiatus, quæ physice et in se spectata bona est atque perfecta, quia est ens.

formale peccati est difformitas actionis à recta ratione, seu absentia rectitudinis debitæ.

Porro malitia in peccato commissionis oritur ex eo quod voluntas agat materiale actionis et in formali deficiat non vero ex eo quod agat materiale simul et formale; immo ut accuratius loquar malitia moralis non oritur ex eo quod voluntas agat materiale quia materiale

peccati bonum est sed oritur ex eo quod deficiat in formali unde causa malitiae moralis est omnino deficiens non vero efficiens.

Ins. illud est efficiens quod habet effectum positivum atqui malitia habet effectum positivum v.g. damnationem aeternam ergo &c.

Dis maj illud est positivum quod tanquam causa producens habet effectum positivum con maj quod tanquam occasio nego maj.

Itaque malitia moralis est tantum causa occasionalis damnationis non vero causa physica et vere producens; ipse enim Deus est qui damnatos poenis addicit aeternis.

Ins. si res ita se haberet reprobi propter nihilum damnarentur; atqui id dici non potest; ergo &c.

Dis maj reprobi damnarentur propter nihilum quod est privatio rectitudinis debitae con maj. propter nihilum simpliciter nego maj.

Itaque reprobi non damnantur propter nihilum simpliciter sed propter nihilum quod est privatio rectitudinis debitae; cum enim dictum sit declina a malo et fac bonum reprobi damnantur non modo quia malum faciunt sed etiam quia bonum omittunt in utroque

autem privantur rectitudine debita.

Obj. 4º Contraria sunt ambo positiva: atqui bonum et malum sunt duo contraria ex Aristotele; ergo &c.

Nego minorem. Non enim ex loci aristotelis si quidem la contraria dici non debent quorum unum se habet in forma et alterum in privatio: atqui bonitas est forma malitia vero est privatio formae; ergo &c.

potest aliter responderi distinguendo bonum et malum sunt duo contraria grammatice concedo philosophice nego hoc sensu potest explicari et intelligi aristoteles.

Obj. 5º quod opponitur praecepto negativo est oppositum atqui malitia peccati saltem commissionis opponitur praecepto negativo, v. g. malitia furti opponitur huic praecepto, non furaberis; sicut homicidii malitia opponitur huic alteri non occides; ergo &c.

Dis maj. quod contrarie opponitur praecepto negativo, illud est positivum con. quod privative tantum opponitur nego majorem.

itaque malitia peccati commissionis privative tantum opponitur praecepto negativo qualemus ex

294 privatio rectitudinis imperatae furtum vero et materialiter sumptum in potest quid positivum contrarie opponitur huic praecepto non furaberis.

Ins. malitia prohibetur praecepto negativo; ergo si contrarie opponitur.

Nego Antecedens. Si quidem nulla fit extensio malitiae in isto praecepto itaque prohibetur tantum actio non quidem praecise propter se alioqui brutae animantes forem etiam malitiae moralis capaces cum in illis deprehendantur actiones nostris peccatis si physice spectentur similes; sed actio prohibetur tantum ob adjunctam malitiam moralem, id est, absentiam rectitudinis debitae cujus homo est capax.

Ins. Si malitia furti esset absentia seu negatio rectitudinis debitae foret negatio negationis; nam perfectio moralis quae exprimitur per praeceptum furandi est negatio furti atqui ~~negatio~~ malitia moralis foret negatio illius perfectionis ergo &c.

Nego Antecedens ad cujus probationem nego majorem rectitudo enim quam imperat praeceptum non furandi non est mera negatio furti sed privativa perfectio et laudabilis affectio voluntatis cujus privatio est furti malitia. Enim vero si perfectio

moralis quae respondet praecepto non furandi nihil aliud foret quam negatio furti brutae animantes dum non furantur forent capaces rectitudinis moralis, quod est absurdum hoc &c.

Obj. 6º. Si malitia moralis esset absentia seu privatio debitae rectitudinis deberet assignari subjectum illius privationis atqui fieri non potest hoc &c.

Nego minorem et dico in peccatis commissionis subjectum illius privationis esse tum voluntatem male affectam tum ipsam actionem quae privatur rectitudine debita. in peccato vero omissionis subjectum malitiae moralis est sola voluntas non autem actio, quae nulla est nam malitia peccati omissionis consistit in privatione rectitudinis debitae id est in privatione actionis quae exerceri debet.

Obj. 7º. Si malitia moralis consisteret in privatione rectitudinis debitae omnia peccata alicui virtuti opposita, fierent aequalia nam quaecunque privantur aliqua forma aequaliter privantur atqui id repugnat hoc &c.

Nego Antecedens ad cujus probationem dis maj. quaecunque privantur aliqua forma aequaliter ipsa privantur si privatio precise et propter se spectetur et quatenus est absentia formae con maj. si spectetur ratione subjecti quod hac privatione fit magis aut minus idoneum ad recipiendam formam nego majorem.

Itaque inequalitas peccatorum quae alicui virtuti opponuntur reperitur hoc eo quod voluntas quae in subjectum malitiae moralis in quibusdam peccatis a rectitudine morali magis aversetur in aliis vero, sic avaritia censetur majus peccatum quam prodigalitas quia voluntas prodiga aptior in libertate quam voluntas avara.

Obj. 8º. Si malitia moralis foret mera absentia rectitudinis debitae peccatum commissionis non differret a peccato omissionis quia utrum haec absentia rectitudinis debitae atqui id repugnat; ergo &c.

Dis maj. peccatum commissionis non differret a peccato omissionis si nihil haec in peccato commissionis quod non reperiretur in peccato omissionis con. maj. secus nego majorem

Itaque peccatum commissionis et omissionis possunt spectari vel relative ad se invicem vel relative ad actum bonum relative ad actum bonum postulat tantum differentiam quae sit mera rectitudinis absentia; ad vero si spectentur relative ad se invicem, inter se differunt; si quidem peccatum omissionis habet tantum absentiam perfectionis in voluntate non autem in actione quae nulla in; peccatum vero commissionis non modo dicit absentiam rectitudinis debitae in voluntate, sed etiam in

atione ipsius facultatis hac autem actione peccatum commissionis differt a peccato omissionis.

Obj. 9.° malitia moralis non potest dici privatio rectitudinis debitæ nam privatio est absentia formæ in subjecto apto ad illam recipiendam atqui sunt actus qui nullam recipere possunt rectitudinem v. g. actus odii Dei, aut idololatriæ; ergo &c.

Ego antecedens ad cujus probationem respondeo 1.° licet quidam forent actus qui non possent recipere rectitudinem, attamen malitia moralis semper dici potest privatio rectitudinis debitæ non quidem in ipso actu sed in ipsa voluntate quæ semper capax est recipiendæ illius rectitudinis, et quæ sola proprie loquendo privatur rectitudine debita.

Respondeo 2.° dis. minorem sunt actus qui si specifice spectentur non possunt recipere rectitudinem con. minorem si generice spectentur nego minorem itaque odium Dei si specifice et formaliter sumatur ut odium Dei non est capax rectitudinis debitæ sed si generice spectetur pro ut odium est actus voluntatis capax est alicujus rectitudinis et sub eo respectu actus ille potest dici privatus rectitudine debita.

Adde quod actus eatenus tantum dici debent mali quatenus vel eliciuntur vel imperantur a voluntate male affecta, cui convenit proprie privari rectitudine

 debita, et in illius privationis subjectum ut supra dictum est.

Quaeritur unde repetantur bonitas et malitia actuum humanorum quodam intelligatur.

Observa 1.° tria circa actus humanos distinguenda sunt, objectum, finis et circonstantiae.

Objectum est id circa quod occupatur actio moralis, talis est largitio pecuniae pauperi in Elemosinam.

Finis actus humani duplex est operis et operantis.

Finis operis et internus est illud ad quod refertur ex natura sua actio, sic sublevatio pauperis est finis internus Elemosinae.

Finis operantis et externus est illud quod intendit agens pro beneplacito suo, sic vana gloria est interdum finis in Elemosina.

Circonstantiae actuum humanorum sunt accidentia qui actionem concomitantur, quae omnia exprimi solent hoc versiculo

" quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur quomodo quando.

Observa 2.° finis externus influit praesertim in bonitatem aut malitiam actuum humanorum. hinc notum est istud

" quidquid agant homines intentio judicat omnes, id est et si in actibus humanis omnia bona forent, si finis internus sive intentio agentis mala, sit,

actio sensibiliter mala. hinc Augustinus, non facium bonos aut malos mores, nisi boni aut mali affectus; neque justus inquit Aristoteles qui justa agit, sed qui juste, neque fortis, qui fortia sed qui fortiter agit.

Observa 3° Circonstantiæ aliæ sunt pertinentes aliæ impertinentes. pertinentes sunt illæ quæ aliquid conferunt ad bonitatem aut malitiam actionis ut cum quis furatur in loco sancto; impertinentes seu phisicæ dicuntur illæ quæ nihil facium ad malitiam moralem v.g. cum quis furatur manu dextra potius quam sinistra his præmissis.

Respondeo bonitatem et malitiam repeti debere ex objecto fine et circonstantiis ita ut si aliquid eorum malum sit actio mala evadat: unde illud tritum in moralibus bonum ex integra causa malum ex minimo defectu v.g. Elemosina facta propter vanam gloriam mala sit propter malum finem colloquium in ædibus sacris malum sit propter loci circonstantias.

Et certe circonstantiæ ita influunt in malitiam actuum humanorum ut non nunquam mutent speciem peccati furari enim sacramentum vel profanum in sacro loco non modo furtum sit sed etiam sacrilegium.

Dices dari potest actio mala quae bonum habeat objectum v. g. odium Dei quod habet deum pro objecto. pariter potest dari actio bona quae habeat malum objectum, v. g. odium peccati, quod habet pro objecto peccatum. ergo &c.

Nego Antecedens objectum enim odii Dei non est Deus simpliciter, sed Deus odio habendus, porro Deus odio habendus est objectum moraliter malum pariter objectum odii peccati non est peccatum simpliciter sed peccatum odio habendum, jam vero peccatum odio habendum est objectum moraliter bonum.

itaque quando dicitur bonitatem aut malitiam moralem desumi ab objecto id non debet intelligi de objecto phisice et materialiter spectato sed de objecto moraliter spectato, sicut enim in phisicis habitus et actus specificantur ab objectis formaliter spectatis, non vero ab objectis materialiter sumptis ita in moralibus.

Utrum cuilibet actui humano conveniat bonitas aut malitia.

Quando quaeritur utrum bonitas vel malitia necessario conveniat actui humano, idem est, ac si quaereretur utrum dari possent actus humani indifferentes in individuo, id est, qui neque sint boni neque mali moraliter.

itaque actus humanus potest spectari vel in specie vel in individuo.

Actus humanus in specie est actus in se precise spectatus ratione objecti et finis interni tantum.

Actus humanus in individuo est actus non tantum in se sed etiam ratione finis externi consideratus.

his praemissis Conclusio 1.a

Dantur actiones humanae indifferentes in specie.

Probatur nam actio indifferens in specie est ea, quae in specie considerata neque bona est, neque mala moraliter: atqui dantur actiones humanae quae in specie consideratae neque bonae sunt neque malae. nam actiones in specie sunt actiones consideratae ratione objecti et finis interni tantum: atqui dantur actiones humanae, quae si spectentur ratione objecti et et finis interni neque bonae sunt neque malae. Si quidem dantur objecta quae neque bona sunt neque mala moraliter, v.g. canere legere, ambulare aedificare &c. dantur etiam fines interni qui sunt indiferentes in genere morum v.g. commoda habitatio respectu aedificationis aurium delectatio respectu cantus hujus &c.

Quod spectat ad aliam quaestionem utrum dentur actus humani indiferentes in individuo; duplex est sententia.

Prima est Scoti, et omnium Scotistarum qui volunt dari actiones humanas indifferentes, in individuo. nam asserunt hominem aliquando agere posse sola utilitate ductum nec necesse est ut omnes nostræ actiones ad Deum referantur.

Secunda est thomistarum, qui contendunt nullam posse dari actionem indifferentem in individuo homi nemque debere omnes suas actiones ad Deum refer re, ita ut peccet quando non refert. huic sententiæ suscribimus.

Conclusio 2ª

Nullæ dantur actiones humanæ indifferentes sine individuo.

Pro. nam actio humana in individuo est actio spectata ratione finis externi: atqui nulla datur actio humana indifferens si consideretur ratione finis externi. nam illa actio non est indifferens, quæ actu bona est vel mala: atqui actio humana considerata ratione finis externi bona est vel mala. vel enim finis bonus est, vel malus: atqui si bonus sit, bona intelligitur actio; secus vero mala evadit; ergo &c.

Et certe vel actio humana in individuo refertur ad Deum tanquam finem ultimum vel ad creaturam. atqui si actio humana refertur ad Deum tanquam ad finem ultimum et aliunde objectum et circonstantiæ non sint mala actio bona est, si vero referatur ad crea

tarum licet objectum et circonstantiae bona supponantur actio tradit mala: nam illa actio mala censeri debet quae non sit conformis rectae rationi: atqui actio humana quae non refertur ad Deum non sit conformis rectae rationi; quamvis habeat bonum objectum et bonas circonstantias siquidem recta ratio postulat ut omnes nostri actiones ad Deum referantur, cum sit 1um principium ex quo manant universa et finis ultimus ad quem cuncta referri debent.

Denique ut omne judicium intellectus verum sit aut falsum sic omnis actio voluntatis bona sit vel mala bona si bono fine mala si malo fine exerceatur, ergo &c.

Solvuntur objectiones

Objicies 1o ex Sancto Hyeronimo in Epistola ad Sanctum Augustinum bonum sit continentia malum sit luxuria inter utrumque indifferens ambulare ergo dantur actiones humanae indifferentes.

Dis. Antecedens indifferens est ambulare in specie Con. Antecedens in individuo nego Ant. ergo &c. dis. Consequens dantur actiones indifferentes in specie Con. Consequentiam in individuo nego Consequentiam.

Itaque actio humana spectari potest in diximus vel in specie vel in individuo. Spectatur in specie quando consideratur ratione objecti et finis interni; consideratur in individuo quando spectatur ratione finis externi

Equidem ambulatio sit indifferens in specie, quia

habet objectum indifferens nempe motum localem, et finem internum indifferentem, nimirum delectationem animi; verum si spectetur in individuo seu ratione finis externi quem sibi proponit homo dum deambulationi indulget bona est vel mala. Vel enim finis ultimus illius deambulationis est deus vel creatura; si deus, bona ambulatio si creatura, mala est, quia homo inter deambulandum frueretur creaturis, in quo consistit tota voluntatis humanae perversitas.

Ins. pergit Sanctus hieronimus, sive feceris sive non, nec justitiam habebis, nec injustitiam: unde illud confici potest Argumentum Sanctus hieronimus agit de ejusmodi actionibus prout fuint: atqui quod fit est in individuo; ergo Sanctus hieronimus admisit actiones indifferentes in individuo.

Dis. maj. S. hieronimus agit de ejusmodi actionibus prout fuint et ab ipso spectantur tantum ratione objecti et finis interni Con. maj. ratione finis externi nego majorem.

Itaque in ejusmodi actionibus ex S. hieronimo homo non habet justitiam aut injustitiam ex objecto et fine interno, quia objectum et finis internus sunt quid indifferens sed justitiam aut injustitiam habet ex fine externo. hoc sensu intelligi debet S. hieronimus, si enim foret intelligendus de ejusmodi actionibus

Spectatis quoad finem externum sequeretur illas actiones nunquam esse malas aut bonas, quod est falsum; nam ambulare propter malum finem est actio mala.

Ins. potest quis facere illas actiones propter finem duntaxat internum: atqui ex concessis finis internus est indifferens; ergo &c.

Dis maj. potest quis exercere illas actiones propter finem internum duntaxat, et tunc ille finis fiet externus respectu illius hominis atque adeo malus con maj. et tunc ille finis non fiet externus respectu illius hominis, nec malus nego maj. atqui &c.

Itaque potest quis agere propter finem duntaxat internum, sed tunc conquiescet in illo fine interno tanquam in fine ultimo et consequenter peccabit quia suam actionem ad Deum non referet et adherebit creaturae.

Obj. 2.° nulla datur species quae non habeat individua atqui ex concessis dantur actiones indifferentes in specie ergo ex concedendis debent etiam dari actiones indiferentes in individuo.

Dis minorem dantur actiones indiferentes in specie, id est, dantur actiones quae per ordinem ad objectum sunt indifferentes con minorem dantur species actionum quae per ordinem ad finem externum sunt indiferentes

 Nego minorem hoc &c

Itaque dantur actiones quae per ordinem ad objectum nec bonae nec malae sunt moraliter ut manducare bibere comere &c. Sed nullae dantur actiones seu species actionum quae relative ad finem ultimum nec bonae sint nec malae.

Aliter distingui potest minor dantur actiones indifferentes in specie negative et permissive cum minorem positive nego minorem: porro illa tantum competere debent individuo alicujus speciei, quae convenium huic speciei positive, non autem negative et permissive tantum, v.g. ex eo quod homo in specie sit positive rationalis, omnia hominis individua sunt rationalia; at vero ex eo quod homo in specie neque sit albus neque niger, non sequitur hominem in individuo, v.g. Petrum neque esse album neque nigrum.

Obj. 3.° volitiones bonorum operum sunt indifferentes, quando non imperantur bona illa opera, v.g. velle orare hora non imperata sit quid indifferens quia illud non est malum, cum ad id non teneamur, neque bonum ut patet; ergo dantur actiones indifferentes in individuo.

Nego Antecedens non enim solum recta ratio postulat ut recte agamus sed etiam ut recte et honeste quiescamus; proinde quae qui non vult exercere bonam actionem quae non imperatur debet

illam volitionem ad bonum finem referre

Obj. 4.° potest suscipi deambulatio die lunae, v. g. propter sanitatem recuperandam: atqui in illa hypotesi deambulatio hic indifferentiam in individuo quia habebit objectum indiferens nempe motum localem; indifferentes circumstantias scilicet quod fiat die lunae et finem indifferentem nempe sanitatem recuperandam si quidem vetitum non sit consulere sanitati;

Ego minorem nam in illa hypotesi ambulatio sit mala propter malum finem non quod vetitum sit consulere sanitati, sed quia quisque tenetur curam sanitatis ad Deum referre alioquin staret in creaturis et utendis frueretur in quo cita sit omnis perversitas sit sancti Augustini sic enim habet disputans contra julianum, cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit propter quod facere debet peccare convincitur.

Ins. potest quis supponi ludere quia id nullo lege vetatur: atqui hoc pacto illa actio nihil habet boni aut mali; ergo &c.

Ego maj. minorem quod quis possit ludere precise quia id non prohibetur: tunc enim ageret sine ullo fine, cum non prohibitio non possit habere rationem finis, sed tantum conditionis premoventis

impedimentum agendi ortum ex prohibitione pono
nemo deliberate agens potest agere sine fine cum de
natura deliberatae actionis sit ut proficiscatur ex
electione, jam vero electio sit semper propter ali
quem finem.

Obj. 4°. Si nulli darentur actus humani indiffe
rentes in individuo, maxime quia homo tenetur
ad Deum referre omnes suas actiones: atqui homo
ad id non tenetur; ergo &c.

Ergo minorem nam ille tenetur suas actiones ad
Deum referre, qui illas non referendo violat legem
justitiae et gratitudinis: atqui homo legem grati
tudinis et justitiae violat, quando non refert suas
actiones ad Deum; lege enim justitiae et gratitudinis
tenemur reddere unicuique quod suum est: atqui
omnes nostrae actiones Dei sunt, ut pote rerum omni
um domini et authoris omnium bonorum;
igitur qui se suaque omnia Deo non refert accep
ta is violat legem justitiae et gratitudinis.

Ins. homo non tenetur omnes suas actiones ad
Deum referre, si nullum detur praeceptum de refe
rendis nostris actionibus ad Deum: atqui nullum
datur hujusmodi praeceptum; ergo &c.

Ergo minorem datur enim istud praeceptum dili
ges dominum Deum tuum ex toto corde tuo ex tota
mente tua et ex totis viribus tuis: atqui homo

non potest ita diligere deum nisi ad ipsum suas omnes actiones referat nam qui suam actionem ad deum non refert is heret et conquiescit in creatura v.g. in natura commodo vel in aliqua voluptate creata, quam proinde amat propter se porro qui creaturam aliquam propter se amat ita profecto non amat deum ex toto corde suo ex tota anima sua et ex totis viribus suis. ut enim hoc modo homo diligat deum, debet solum deum diligere, aut si aliquid praeter deum diligit illud debet amare propter deum et consequenter illius amorem ad deum referre; ergo datur praeceptum quo homo tenetur omnes suas actiones ad deum referre.

Ins. praecepta affirmativa non semper obligant; atqui praeceptum de diligendo deo est affirmativum; ergo illo praecepto affirmativo non tenemur omnes omnino nostras actiones ad deum referre.

Dis maj. praecepta affirmativa non semper obligant absolute con. maj. hypotetice nego majorem. Itaque praeceptum affirmativum v.g. de colendis parentibus non semper obligat absolute sed semper obligat quodcumque nobis sit cum parentibus tale est istud praeceptum, sive bibitis sive manducatis, sive quid aliud facitis omnia ad gloriam dei facite. hoc praecepto non tenetur homo semper

bibere et manducare, sed ex hypothesi quod bibat et manducet, debet bibere et manducare propter gloriam dei. hoc sensu intelligendum est praeceptum de referendis omnibus nostris actionibus ad deum.

Ins. praecepta divina omnibus doctoribus innotescunt: atqui omnibus doctoribus non innotescit nos teneri omnes nostras actiones ad deum referre, quia id a pluribus negatur; ergo &c.

Dis. maj. praecepta divina innotescunt omnibus doctoribus quoad substantiam. Con. maj. quoad modum explicandi nego maj. atqui &c.

Itaque praecepta divina innotescunt omnibus doctoribus quoad substantiam sed quando disputant inter se de modo explicandi illa praecepta v. g. norunt omnes doctores usuram esse prohibitam sed inter eos non convenit utrum hic et nunc et in hoc particulari facto sit usura. pariter nullus est doctor qui ignoret illud praeceptum diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo &c. verum de illius explicatione disputant inter se doctores.

Ins. Si homines tenerentur omnes suas actiones ad deum referre, saepe peccarent: atqui id dici non potest. ergo &c.

Data majore nego minorem et consequentiam.

pessima enim haec ~~est~~ de moribus judicandi ratio
ut asseramus hominem non teneri actiones suas
ad Deum ~~non~~ referre, quia tunc sequeretur illum
saepe peccare; scilicet mirum hic non debet si homo
tam fragilis et infirmus frequentissime lavatur et
peccet, cum Psaltes regius fateatur suas iniquitates
multiplicatas hic super capillos capitis sui.

Obj. 6º Ex Scriptura sacra suave est jugum Christi:
atqui si homo tenetur omnes suas actiones ad Deum
referre, jam suave non est jugum Christi; ergo &c.

1º Nego minorem nam omnes suas actiones ad Deum
referre, est amare Deum ex toto corde suo et tendere ad
illum tanquam ad finem nostrum ultimum: atq
grave et durum non debet esse homini cumulato a Deo omnibus
beneficiis, Deum amare ex toto corde suo et ad illum
tendere tanquam ad finem ultimum.

2º Dis. minorem jugum Christi non erit suave, si
homo tenetur referre explicite et actualiter ad Deum
omnes suas actiones con minorem implicite et
virtualiter nego minorem ergo &c.

Itaque homo non tenetur omnes suas actiones
ad Deum actualiter referre id enim non patitur
infirmitas humana, sed sufficit si istud praestet
implicite et virtualiter, minimum si initio die
se et quidquid per diem acturus est Deo voveat et conse
cret,

atque saltem graviora negotia non suscipiat nisi ea ad deum retulerit nec ab hoc proposito per peccatum mortale recesserit; hoc posito praecepto de referendis omnibus nostris actionibus ad deum, jugum Christi semper remanet suave et jucundum.

Obj. 7.º Sunt quaedam actiones quae nec debent nec possunt ad deum referri, quales sunt vilissimae quaedam nostrae actiones; hoc &c.

Dis. Antecedens sunt quaedam actiones quae nec debent nec possunt ad deum referri immediate con. Antecedens mediate nego Antecedens.

Itaque actiones nostrae etiam vilissimae possunt ad deum saltem mediate referri, jellas quatenus referimus ad meliorem corporis dispositionem qua deinde utamur sive ad dei cultum sive ad hoc praestanda officia quae deus a nobis exigit.

Obj. 8.º Si homo teneretur omnes suas actiones ad deum referre, omnia infidelium opera forent peccata: atqui id dici non debet, durior enim foret haec sententia; hoc &c.

Dis. maj. omnia infidelium opera quae ad deum non referrentur, forent peccata con. maj. secus nego maj.

Itaque infidelium opera quae ad deum referuntur

non sunt peccata: quae vero non referuntur peccata
censeri debent.
Ins. Ex concessis omnia opera quae ad Deum
non referuntur sunt peccata: atqui nulla nisi
de hinc opera non referuntur ad Deum nec unquam
relata fuerunt hoc &c.
Respondeo 1.° ad minorem utrum gentiles
relaterint aliquas e suis actionibus ad Deum nec ne
nec philosophorum sed Theologorum ex expendere
haec enim quaestio Theologiae ex non philosophiae.
Res. 2.° negando minorem male enim dicuntur
gentiles nullam ad Deum actiones referre si potue
runt ad Deum illas referre atqui ex Apostolo
potuerunt sic enim loquitur ad romanos C. 10. V. 20.
ita ut sint inexcusabiles quia cum cognovissent
Deum, non sicut Deum glorificaverunt jam vero
si ex Apostolo inexcusabiles sunt gentiles quod Deum
non glorificaverunt; ergo illum potuerunt glori
ficare et consequenter suas actiones ad Deum referre.
Enim vero quamvis propter peccatum 1.i parentis
homines nascantur filii irae cum caecitate men
tis et duritiae cordis. attamen omnia hominis dona
naturalia non perierunt scilicet intellectus
verum naturale potest ad hunc cognoscere et revera

cognoscit quid ni etiam voluntas poterit bonum morale exercere et ipsa haerebit non quidem meritorium vitae aeternae, sed quod non sit meritorium poenae aeternae.

Hinc non desunt exempla hominum infidelium qui bonas exercuerunt actiones et ideo laudantur a scriptura sacra Actorum capite decimo v. 1.° haec leguntur vir autem quidam erat in Caesarea nomine Cornelius Centurio Cohortis quae dicitur Italica religiosus ac timens deum cum omni domo sua, faciens Elemosinas multas plebi et deprecans deum semper. et infra v. 14. angelus ipsum alloquens sic habet, Corneli Elemosinae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu dei. pariter Exodi capite 1.° v. 20 laudantur obstetrices haebreorum quod ex timore dei servaverint filios haebreorum. josue c. 6 capta et destructa urbe Jericho rahab servatur et laudatur quod apud se occuraverat exploratores a josue missos Jericho.

Observa tamen illos infideles in illis actionibus destitutos non fuisse gratiae actualis deus enim ipsis inspiravit bonam hanc voluntatem unde profecta sunt laudabilia haec opera.

Ins illi non possunt suas actiones ad deum referre qui deum non cognoscunt: atqui gentiles deum non

Cognoscunt; ergo &c.

Dis. maj. illi non possunt suas actiones ad Deum referre qui Deum non Cognoscunt neque explicite neque implicite Con. maj. explicite tantum nego maj.

Itaque duplex distingui debet dei Cognitio explicita et implicita

Cognitio Dei explicita est ea qua Deus Cognoscitur ut primum sui primum agens fons et origo omnis boni, Creator et Conservator rerum omnium.

Cognitio Dei implicita est naturalis quaedam Cognitio primi alicujus entis, est Cognitio ordinis honestatis et justitiae moralis, quae quidem Cognitio est quaedam Dei participatio et irradiatio quae omnibus hominibus inest Juxta illud Scripturae Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

Itaque qui Deum non Cognoscit neque explicite neque implicite is non potest suas actiones ad Deum referre, sed qui eum Cognoscit implicite, potest eas saltem implicite referre, quod sufficit ut actiones sint moraliter bonae: porro tales sunt gentiles, quamvis enim Deum non Cognoscant explicite, attamen illum Cognoscunt saltem implicite: alioquin Apostolus non dixisset loquens de gentilibus, ita ut sint inexcusabiles &c. igitur gentiles Cognoverunt Deum saltem implicite, tanquam per irradiationem quamdam adeo profectam unde Sanctus Thomas sic loquitur licet lex aeterna

nobis incognita sit secundum quod hic in mente divina
innotescit tamen aliquatenus vel per rationem natura-
lem quae ab ea derivatur, ut propria ejus imago vel per
aliqualem revelationem superadditam. Consulenda
sunt quae diximus quando agitatur utrum aliquae virtu-
tes reperiri possent in gentilibus

De variis actuum humanorum Speciebus

Actus humani generatim duplicis ut jam saepe
dictum hic distinguuntur generis nempe eliciti et imp-
erati.

Actus eliciti sunt ii qui immediate proficiscuntur
ab ipsa voluntate qualis hic amor et odium.

Actus imperati hi vocantur, qui immediate dicun-
tur ab aliis facultatibus quae ex imperio voluntatis ag-
unt; talis hic motio linguae manus pedum &c.

Actus eliciti soli vocantur humani per se, quia
soli per se et intrinsece sunt liberi; imperati vero
vocantur humani extrinsece tantum et per accidens,
quia extrinsece duntaxat sunt liberi, quatenus fiunt
ex imperio voluntatis liberae.

Actus imperati vel sunt interni vel externi.
interni procedunt a facultate interna et sunt vel
cognoscitivi vel appetitivi. Cognoscitivi dicuntur ii,
qui pertinent ad intellectum et imaginationem; appe-
titivi sunt ii, qui pertinent ad appetitum sensitivum.

Actus imperati externi sunt ii, qui ex imperio voluntatis procedunt à facultate sita in organis externis, qualis est motio oculorum pedum &c.

Quatenus actus intellectus procedunt quatenus ex libero voluntatis imperio possunt appellari actus ~~iller~~ ma ni sive sint perceptiones sive judicia sive discursus.

Jam vero actus intellectus vel circa finem versantur vel circa media: intellectus versatur circa finem jejunum representando voluntati bonum et convenientem at vero circa media versatur deliberando et consultando utrum media sint apta ad finem consequendum nec ne.

Consultatio non spectat finem ultimum, sed jejunum supponit. nam versatur circa ea quae sunt in nostra potestate sit propter electionem: electio autem non spectat finem sed media quae sunt in nostra potestate.

Actus eliciti voluntatis vel spectant finem vel media. tres sunt actus voluntatis circa finem, nimirum amor, intentio et fruitio: circa media tres etiam sunt actus voluntatis, scilicet electio, consensus et usus.

Amor est actus quo voluntas sibi complacet in aliquo objecto quatenus representatur conveniens, ita ut voluntas nullum determinetur ad inquirenda media.

Intensio est amor finis efficax quo voluntas determinatur ad inquirenda media.

Fruitio est quies voluntatis in bono praesenti et possesso. Ille actus versatur circa finem quia in mediis quatenus sunt media voluntas non conquiescit, sed per ea tendit ulterius ad propositum finem.

Electio est actus voluntatis per quem ex pluribus mediis ab intellectu propositis uno relicto alterum assumit.

Consensus est actus voluntatis quo voluntas unicum medium ab intellectu propositum tanquam simpliciter necessarium assumit ad finem consequendum.

Electio postulat plura media consensus unum requirit.

Usus est actus voluntatis quae semetipsam et caeteras facultates applicat ad executionem mediorum; illa actio appellatur usus activus: actio vero qua facultas aliqua ex imperio voluntatis applicatur ad executionem mediorum dicitur usus passivus.

Philosophi morales non agunt de actibus imaginationis; at vero plurimum disputant de actibus appetitus sensientis; quia ille actus magno sunt virtutibus et vitiis adjumento. Vocantur passiones; quam ob rem agemus de passionibus 1.° in genere 2.° in specie

De passionibus generatim.

Passio est motus appetitus sensientis circa bonum vel malum sensibile.

Vocatur passio non quod sit mera passio, sed quia

Semper conjungitur cum aliqua corporis passione. Sic passiones semper mutant naturalem corporis dispositionem statum, v. g. cor odio dilatatur tristitia contrahitur, metu vultus pallescit et totum corpus contremiscit.

Finis passionum est conservatio animalis et speciei; nam passiones à natura concessae sunt ad bona sensilia prosequenda et mala fugienda; quapropter si passiones quandoque ipsum animal interimunt, id fit per accidens et contra naturae intentionem.

Causa efficiens proprie dicta passionum tum ex parte animae, tum ex parte corporis solus Deus est, qui potest solus agere in nostram animam et nostrum corpus.

Causa efficiens occasionalis passionum est 1.° imaginatio quae representat bonum aut malum sensibile, cujus impressione excitantur passiones, 2.° appetitus sensiens qui producit illos motus; 3.° ad id etiam plurimum conferunt alimenta atque etiam natura aeris quem ducimus haec etiam procreant diversitatem temperamentorum, hinc fit ut una quaeque sens sit proclivior ad certas quasdam passiones.

Experientia constat temperamentum hic causam saltem remotam passionum; qui enim v. g. calidioris et siccioris sunt temperamenti, proni reperiuntur ad iram et audaciam. qui temperamenti

frigidi proclives sunt ad timorem tristitiam et desperatio
nem. qui habent sanguinem moderate calidum pro
ni sunt ad amorem gaudium et desiderium ratio
generalis hujusce rei est quod passiones important quas
dam motus corporis, motus autem corporis pendent
praesertim ex temperamento.

Duo hic quaeri solent 1.° utrum passiones sint bonae,
aut malae moraliter, an indifferentes; 2.° quotuplex sit
passio.

Stoici existimabant passiones esse malas peripate
tici negabant; sed illi philosophi videntur disputasse
de solo nomine nam peripatetici fatebantur passio
nes immoderatas esse malas: Stoici vero asserebant
nullam esse veram passionem nisi immoderatam.
quapropter quando Stoici dixerunt hominem sapientem
debere esse immunem ab omnibus passionibus intelli
gi debent de immoderatis non vero de moderatis: immu
nitas enim ab omni passione etiam moderata est ins
ensibilitas, quae etiam apud Stoicos est deterior ipsis
passionibus immoderatis.

Conclusio.

Passiones secundum se spectatae nec malae sunt
nec bonae moraliter.

Probatur illud enim de se et ex natura sua nec
bonum est nec malum moraliter quod est indifferens ad bonitatem
et malitiam moralem: atqui tales sunt passiones secund
um

se spectatae quod enim bonum est moraliter quatenus se
utimur ad bonum; et quod est malum moraliter, quate
nus se utimur ad malum, illud est de se et ex natura
sua indifferens ad bonitatem et malitiam moralem:
atqui tales sunt passiones. nam bonae sunt moraliter
quando illis utimur ad bonum et virtutem sic bona est
ira quando inservit fortitudini et pietati malae autem
sunt passiones quando illis utimur ad malum et viti
um, sic mala est ira quando inservit propriae
vindictae et impietati; ergo passiones fuint bonae aut
malae moraliter ex usu, proindeque sunt indiferen
tes.

Solvuntur Objectiones.

Objicies 1° passiones sunt morbi animae; ergo
Dis. Antecedens passiones immoderatae Con. Ant
moderatae nego Antecedens
itaque quemadmodum humores intemperati
sunt morbus corporis temperati vero sanitatem
constituunt; ita passiones immoderatae sunt morbus
animae moderatae vero inservium virtuti.
Aliter responderi potest negando Antecedens scilicet
quod passiones sint animae morbi si quidem passiones
sunt quidem imperfectiones physicae ut dolor et tristitia; sed non
sunt morbi animae nam morbus animae est vitium.
imperfectiones autem non sunt vitia enim vero
imperfectio dicitur quatenus non perficit, et non vero

322 quatenus ledit et vitiat. itaque consentaneum in
rectae rationi hominem impressionibus tum sui tum
aliorum corporum affici vel in impellatur ad agendum
vel ab agendo avocetur. unde in hoc quidem in argumen
tum naturae imperfectae quod possit pati ab externis
corporibus, sed in hoc non est animae morbus moralis
cum nulla sit turpitudo nulla inhonestas moralis
in passionibus moderatis, hoc dolor tristitia &c. sunt
quidem imperfectiones naturales sed non sunt malae
moralitae.

Obj. 2°. illud debet censeri malum, cui vir probus
debet obsistere tanquam irritamento peccati atqui vir
probus debet obsistere passionibus hoc &c.

Dis. minorem vir probus debet obsistere passio
nibus immoderatis con. min. moderatis nego min.
hoc &c.

Itaque passiones duplicis distinguuntur generis
moderatae et immoderatae.

moderatae sunt illae quae versantur circa bonum
et malum sensile ut decet.

immoderatae passiones sunt illae quae versantur
circa bonum et malum ea ratione qua non decet.

Equidem illud in malum cui tanquam irrita
mento peccati vir probus tenetur obsistere sed tales
non sunt passiones moderatae igitur solis passionibus

effrenatis et immoderatis oportet virum probum resistere, quia sum a peccato et ad peccatum inclinans.

Ins. passiones moderatae sunt effectus concupiscentiae atqui effectus concupiscentiae sunt mali moraliter hoc &c.

Dis. maj. passiones moderatae sunt effectus concupiscentiae sumptae pro appetitu ordinato boni sensibilis con. maj. pro appetitu inordinato boni sensibilis nego maj. atqui &c.

Itaque concupiscentia potest sumi duobus modis 1° pro appetitu sensitivo, qui in facultas naturalis nata obedire rationi. Concupiscentia hoc modo accepta, fuit in adamo innocente et in ipso Christo. 2° concupiscentia sumitur pro appetitu inordinato boni sensibilis, qui non est consentiens rectae rationi sed ipsi maxime obsistit hoc sensu sumitur in scriptura sacra quando dicitur fomes peccati lex membrorum repugnans legi mentis.

Equidem passiones moderatae et naturales sunt effectus concupiscentiae priori sensu acceptae, id est, quatenus nihil aliud significat quam facultatem appetitivam boni sensibilis; an vero passiones naturales non sunt effectus concupiscentiae posteriori sensu acceptae, id est, quatenus significat appetitum inordinatum boni sensibilis repugnantem legi mentis seu

rectæ rationi: porro effectus concupiscentiæ posteriori modo acceptæ mali sunt moraliter non vero si priori sensu sumatur.

Ins. occasio peccati in moralibus sensetur mala: atqui passiones quatenus sunt effectus concupiscentiæ priori sensu acceptæ sunt occasio peccati; ergo &c.

Dis. maj. occasio proxima peccati in moralibus sensetur mala con. maj. occasio remota et per accidens nego maj.

Itaque in moralibus duplex distingui solet occasio peccati proxima et remota.

Occasio per se et proxima peccati ht la, quæ connexionem habet cum peccato ordinariam et frequentem.

Occasio per accidens et remota peccati ht ea quæ non habet connexionem frequentem et ordinariam cum peccato sed raram duntaxat contingentem et per accidens.

Equidem in moralibus mala ht occasio proxima peccati, quæ necessitate quadam morali inducit in peccatum; at vero mala non ht in moralibus occasio remota peccati quæ non inducit per se in peccatum, nec probabilem habet connexionem cum peccato: porro tales sunt passiones; sunt quidem occasio remota peccati sed per se et ratione sui non inducunt in peccatum, proindeque non debent dici moraliter malæ;

alioquin virtus ipsa deberet dici moraliter mala, si quidem aliquando hoc occasio remota peccati, dum homo de sua virtute superbit.

Obj. 3°. in statu innocentiae non habent passiones; ergo passiones sunt malae moraliter.

Dis. Antecedens in statu innocentiae non habent passiones omnes Con. Ant. nullae erant passiones nego Ant.

Itaque respectu status innocentiae passiones duplicis sunt generis quaedam non decebant statum innocentiae quaedam vero non decebant dignitatem hujusce status; v.g. passiones quae arguebant imperfectionem oppositam perfectionibus status innocentiae non conveniebant huic statui sic dolor non fuit in statu innocentiae non quod sanctitas cum dolore consistere non possit, sed quia cum dolore stare non potest status innocentiae, in quo adam creditur fuisse immunis ab omni molestia et dolore; sed fuerunt in statu innocentiae aliae passiones quae non opponebantur perfectionibus illius status; proindeque non sequitur passiones hic moraliter malae.

Obj. 4°. illud est malum moraliter quod opponitur perfectae tranquillitati: atqui passiones sunt ejusmodi, ergo &c.

Dis maj. quod opponitur perfectae tranquillitati

secundum quid et in genere humanae tranquillitatis
Con maj. quod opponitur perfectae tranquillitati sim
pliciter cum in genere tranquillitatis divinae et Ang
elicae nego maj. atqui &c.

Itaque passiones opponuntur perfectae tranquilli
tati, qualis est in Deo et in Angelis; at vero non oppon
untur tranquillitati qualis debet esse in homine, dum
his in terris vivit. Enim vero se habet passio ad tranquil
litatem naturalem hominis sapientis, sicut estus maris
ad tranquillitatem naturalem ipsius maris. porro
mare dicitur perfecte tranquillum et pacatum licet
estu solito semper moveatur et impellatur; ergo a
pari homo potest frui tranquillitate et quiete,
licet in se experiatur passiones naturales; proindeque
passiones secundum se non opponuntur tranquilli
tati viri sapientis.

De Numero Passionum Universim

Platoni unica est passio, scilicet amor, quia
amor praebet originem omnibus motibus appetitus
non modo sensientis sed etiam rationalis.

Duplex distinguitur appetitus sensiens puta
Concupiscibilis et irascibilis.

Appetitus Concupiscibilis est ille qui versatur circa bonum et malum sensibile absolute consideratum, id est, nulla habita ratione difficultatis

Appetitus irascibilis est ille qui versatur circa bonum et malum quatenus est arduum et difficile.

Iuxta Sanctum Thomam sex sunt passiones in appetitu Concupiscibili nempe amor et odium desiderium et fuga, gaudium et tristitia; in appetitu vero irascibili sunt quinque passiones scilicet spes et desperatio audacia et timor atque ira quare sit

Conclusio

In appetitu tum Concupiscibili tum irascibili admittendae sunt undecim passiones.

Probatur nam objectum appetitus sensitivi potest considerari triplici modo minimum universim, id est, nulla habita ratione praesentiae et absentiae, deinde spectari potest ut absens denique ut praesens; atqui 1°. Si consideretur universim et nulla habita ratione praesentiae aut absentiae excitat amorem si sit bonum; excitat vero odium, si sit malum. 2°. Si consideretur ut absens excitat desiderium si sit bonum; excitat vero fugam si sit malum; 3°. Si spectetur ut praesens, gaudium excitat si sit bonum; tristitiam vero si sit malum; ergo in appetitu Concupiscibili sex

admittendæ sunt passiones scilicet amor et odium desiderium et fuga gaudium et tristitia.

Objectum vero appetitus irascibilis est bonum et malum quatenus arduum et difficile. porro illud objectum spectari tantum potest duobus modis ut præsens et ut absens, quia universim sumptum nullam habet adjunctam difficultatem; jam vero si spectetur bonum ut absens ut arduum vel exhibetur possibile et spem excitat; vel ut impossibile, et excitat desperationem. si autem spectetur malum ut absens et arduum, tunc putatur vitabile et producit audaciam vel creditur inevitabile et parit timorem. denique si spectetur malum ut præsens et arduum ita ut possit repelli excitat iram; ergo in appetitu irascibili admittendæ sunt quinque passiones, puta spes et desperatio audacia et timor atque ira: proindeque admittendæ sunt undecim omnino passiones nimirum amor et odium desiderium et fuga gaudium et tristitia spes et desperatio audacia et timor atque ira.

Dices duodecim admitti debent passiones si ira contrariam habeat passionem sicut cæteræ passiones: atqui resita se habet, quia habet tolerantiam. malum enim sensibile præsens potest considerari sub duplici respectu vel ut superabile, quo sensu secundum

omnes excitat iram, vel ut inevitabile sicut apparet periculum hominis v.g. a vigenti siccariis circumdato: atqui tunc sexta debet excitari passio in appetitu irascente quae potest vocari tolerantia.

Nego minorem ad cujus probationem dico malum praesens consideratum ut insuperabile quamquam sit maxime dolorificum non hic tamen arduum quia non relinquit locum luctae, ut patet exemplo hominis quem vigenti siccarii circumvenium et aggrediuntur. unde malum hoc modo spectatum est tantum objectum ~~habitus~~ appetitus concupiscibilis in quo excitat tristitiam

Omnes supra allatae passiones revocari solent ad quatuor principales scilicet gaudium et tristitiam ~~odium~~ spem et timorem imo ipso amore omnes passiones continere videntur enim vero quaelibet passio vel nihil aliud est quam ipse amor vel quaedam amoris determinatio.

Datur inter passiones duplex praesertim ordo scilicet naturae et dignitatis.

Ordo naturae reperitur inter las passiones, quarum una est velut origo et principium aliarum. sic amor et odium sunt passiones in natura priores desiderio et fuga.

Ordo dignitatis intercedit inter las passiones quarum una magis perficit quam altera; sic gaudium praestat spe, spes enim tendit ad gaudium et ad passionem magis perfectam.

De Passionibus in Specie

Hic non habemus in animo expedere qua ratione passiones excitentur in nostro corpore, id enim non ad moralem sed ad phisicam pertinet: igitur describemus duntaxat motus passionum relative ad objecta: unde passiones inter se facile distingui possunt.

Sex sunt ex dictis, passiones appetitus concupiscibilis, tres circa bonum, nempe amor desiderium et gaudium; tres vero circa malum scilicet odium fuga et tristitia.

Ut amor cæteras omnes passiones excitat, sic illas etiam reprimit: amor autem loco accipitur pro solo amore partis inferioris ipsius hominis quo sensu definitur inclinatio appetitus concupiscibilis in bonum sensibile absolute spectatum tanquam conveniens.

Effectus amoris sunt cæcitas unitas extasis et imbecillitas.

1° Cæcitas quia amor sæpe mentem excæcat et impedit ne sinserum de re amata ferat judicium; hinc vero multi amant res turpissimas quas pulcherrimas existimant.

2° Unitas, quia qui se invicem amant, unicam quodam modo constituunt personam.

3.° Extasis, quia qui amat extra se ipsum aliquatenus
exit atque affectu et cogitatione videtur in objectum ama
tum transvolasse.

4.° Imbecillitas quia per amoris vehementiam
naturalis calor occupat cerebrum et reliquas deserit corporis partes
unde oritur langor deliquium et aliquando mentis
insania.

Plurima sunt naturalia inordinati amoris remedia
1.° mentem convertere ad defectus rei amatae 2.° frequen
ter cogitare damna et incommoda, quae ex inordinato
amore sequi solent quae certe multa sunt et gravissima
3.° denique otii fuga.

Desiderium est motus appetitus sensitivi in bonum
sensibile absens. vocatur concupiscentia.

Remedium praecipuum concupiscentiae et statim
ab initio illam compescere quia ut ait Seneca facilius
est affectuum initia quam impetus regere.

Gaudium est affectio appetitus concupiscibilis per
quam bono sensibili et praesenti adheremus et in eo
jucunde versamur.

Dices contra illam definitionem, gaudium male
definitur affectio appetitus concupiscibilis per quam
praesenti bono adheremus, si quandoque in cogitatione
praeteriti vel futuri boni delectamur: atqui resita
est; ergo &c.

Sego majorem nam jela delectatio habet pro objecto, non tam bonum praeteritum aut futurum, quam illius cogitationem praeterea licet tale bonum non sit realiter praesens attamen praesens intentionaliter ut aiunt quatenus ab imaginatione exhibetur tanquam praesens; proinde que semper verum est gaudium hic de bono praesenti

Effectus gaudii est dilatatio cordis, unde nascitur risus exultatio corporis interdum lacrimae deliquium atque etiam mora.

Remedium perversi gaudii seu inordinatarum delectationum et consideratio illarum brevitatis incommoditatis et malorum effectuum saepe numero subsequentium; quia ejusmodi gaudia nauseis tristitiis insomniis et aliis id genus morbis plerumque excipiuntur juxta illud proverbiorum C. 14. V. 13. extrema gaudii luctus occupat.

Odium est motus appetitus concupiscibilis, quo aversamur malum sensibile precise quatenus est malum.

Remedia odii sunt avertere cogitationem ab objecto quod illicite odio habetur, considerare tenuitatem motivi propter quod saepe odimus, respicere ad perfectiones illius rei quam odio prosequimur, denique meditari quod odium sit à Deo vehementer prohibitum.

Fuga est motus appetitus concupiscibilis quo aversamur malum sensibile ut absens.

Tristitia est passio appetitus concupiscibilis quo quis malum praesens abhorret.

Dolor et tristitia sic inter se differunt, ut dolor dicatur acerbus ille sensus quo afficiuntur ex quadam ingrata impressione, v.g. ex gravi ictu.

Tristitia vero proprie appellatur acerbus ille sensus qui in nobis oritur ex interiori quadam apprehensione et representatione objecti displicentis, v.g. ex suntio mortis amici.

Effectus tristitiae sunt contractio cordis lacrimae frigidae nam calidae elicit gaudium, ejulatus, denique perturbatio omnium operationum.

Remedia tristitiae sunt consolatio et compassio amicorum, consideratio humanarum vicissitudinum collatio miseriarum nostrarum cum majoribus quibus omnibus maximo sunt adjumento si Deus juverit cogitatio nostrorum peccatorum submissio divinae providentiae, et spes mercedis ex illis malis, si patienter la tulerimus.

Haec sunt sex passiones, quae pertinent ad appetitum concupiscibilem; jam vero quinque subsequuntur quae reponuntur in appetitu irascibili nimirum spes desperatio audacia timor et ira.

Spes est motus appetitus irascibilis circa bonum arduum cognitum ut possibile.

Quatuor requiruntur conditiones ad objectum spei.

1º ut sit bonum nulla huius datur spes mali sed tantum timor; 2º ut objectum sit absens, id est, nondum possessum, quod huius possidetur non speratur; 3º ut sit arduum et obtentu difficile, quae enim facilia sunt spectantur quasi possessa et consequenter non sperantur; 4º requiritur ut objectum spei apprehendatur ut possibile alioqui non spem sed desperationem excitaret.

Effectus spei sunt confidentia, ardor, perseverantia, voluptas, et hilaritas.

Remedia spei sunt cogitatio humanarum vicissitudinum propriae infirmitatis et defectuum objecti sperati.

Desperatio est passio appetitus irascibilis orta ex apprehensione boni absentis, quod ita videtur arduum et difficile, ut credatur impossibile.

Praecipuum desperationis remedium est animum ligere et illum firmare usque in finem.

Audacia est motus appetitus irascibilis adversus malum imminens repellendum, cognitum ut vitabile.

Timor est passio appetitus irascibilis orta ex apprehensione mali imminentis adeo difficilis et arduum ut neque aquam vitari possit secundum estimationem virium.

Praecipua timoris remedia sunt conscientia bona et minuere opinionem mali futuri. timor et audacia

in lo inter se distinguuntur quod timor difficultatem et periculum fugiat; audacia vero neglecto periculo et spreta difficultate rem aggrediatur.

Effectus timoris sunt contractio cordis revocatis spiritibus ad partes intimas pallor horror titubatio frigus exclusio vocis &c.

Ira ultima passio appetitus irascibilis a verbo ire ortum habere dicitur, quia qui irascitur extra se quodam modo ire videtur: unde qui iram reprimunt ad se redire dicuntur.

Ira definitur motus appetitus irascibilis, quo repellitur malum arduum praesens insurgendo adversus causam mali

Remedia irae sunt inquirere diligentius quid sit factum aut dictum, ponere sibi ob oculos turpitudinem iracundiae et deponere persuasionem injuriae acceptae

Appendix brevis de tribus Ethicae Partibus

Diximus initio hujusce tractatus Ethicam dividi in monasticam economicam et politicam. de tribus illis Ethice speciebus pauca super sunt hic tradenda.

De Monastica

Monastica tota occupatur in dirigendis actibus hominis prout privatus vitam degit, proindeque monasticae sit praescribere varia vitae officia quibus homo hoga se ipsum tenetur, sed quia officia hominis privati definiri non possunt nisi prius innocuerit quidquis que nostrum debeat deo, unde officia nostra suam omnem hauriuntur et mutuantur aequitatem agemus 1º de officio hominis hoga deum deinde de officio hominis hoga se ipsum.

De officio hominis hoga Deum.

Deus non videtur alia ratione creasse hominem ad sui imaginem a similitudinem quam ut homo possit nitueri in se velut in speculo corruscantem dei imaginem; proindeque creatorem suum quem ignorare non potest ita cognoscat et amet, ut suo in illum obsequio et cultu, ad ejus fruitionem, qua solas beatus fieret perveniat. hunc deus homini indidit animam immortalem intelligentiae relligionis et felicitatis aeternae capacem.

Itaque nihil prius sit debet homini hisce terris constituto quam ut deum cujus beneficio tam excellentem nobilemque naturam sortitus sit debito obsequio et cultu

Venerebur quodam assequatur, quaedam ipsi observanda
sunt quibus tanquam totidem gradibus ad Deum finem
suum ultimum feliciter pervenia.

1.° persuasum hic debet omnibus hominibus Deum hic
rerum omnium principium et finem; ejus potentiam
et vim per omnes universi partes manare et diffundi,
illius sapientiam in rerum gubernatione ita suaviter
simul et fortiter omnia disponere, ut quae fiunt, quam
ordinatissime per ipsum et propter ipsum fiant denique
nos in ipso vivere moveri et subsistere juxta illud scriptu
rae sacrae in ipso vivimus movemur et sumus; adeo ut
Deus nunquam a nobis satis diligi possit. quo circa
nedum amore creaturarum torpeamus, quin potius
ad Deum omnia nostra opera et cogitata nos referre
oportet.

2.° quoniam praeterit figura hujusmundi idcirco
necessarium haberi debet, scilicet omni studio et diligen
tia legem dei exquirere, illam meditari et adimple
re nec a divinis illius praeceptis, quantum in nobis est
tantisper unquam recedere.

3.° non tantum interior, sed etiam exterior cultus
Deo est exhibendus, nimirum votis et praecibus una cum
fidelium coetu in iis autem efficiendum est ut haec
laudum atque orationum sacrificia puro corde offer
antur. nam quemadmodum oblatio justi sic scriptura

in odor suavitatis in conspectu dei sic nihil proficit
nisi prius humiliando se quis enim laudiet inquit
scriptura illum qui ieiunat in peccatis et iterum facit illa
nam mensura cultus nostri deus est, et ipse est omnis
sanctitatis et innocentiae fons perpetuus, sic ut ipsi
placeamus ad illius sanctitatem mores nostros et
vitam instituere debemus. quod quidem praestat homo
quando in id unum incumbit ut sit deo acceptus et
omni culpa careat, cum misericordiam dei semper
imploret, nihil que aliud praecatur nisi suis peccatis
veniam etiam si forte nihil sibi sit conscius.

4º Quod spectat ad orationem quae quidpiam a deo
postulamus videndum quid et a quo petamus; non enim
deus ob res nihili implorandus est, sed sola divina
aut ad aeternam vitam nos promoventia efflagitanda
sunt. nihil igitur a deo praecipuum nos petere oportet,
nisi ut nos meliores efficiat, animum nobis largiatur
ad mandata divina sequenda voluntatemque
promptam ad benefaciendum iis quibuscum vivimus;
nihil autem melius bona mente, quae cum suam
ignorantiam corporisque infirmitatem apprime
noverit nihil de se presumit sed spem omnem in
deo constituens humili et ferventi devotione citra
fastum ad deum confugit.

5º beneficia Dei non sine grato animo, sed summe
illius in nobis misericordiae memores excipere debemus. huic non
tantum corde et intimo affectu sed ore pariter et lingua
laudes illius sunt celebranda; idque sic animis nostris
infixum hic debet, ut singulis fere momentis summam
Dei beneficentiam supremumque illius dominium
agnoscere et venerari meminerimus. Ea autem hic
perfectissima gratias agendi ratio, si nos divinae
ordinatione ita subjiciamus, ut sive in prosperis, sive
in adversis, aequum semper animum parem que
servemus tranquillitatem. non enim nimius diligit
Deus quos adversis tentat, quam quos cumulat bonis juxta
illud scripturae quem diligit Deus corripit et quasi
pater in filio complacet sibi. proverbiorum c. 3º v. 12.
6º denique haec en officiorum nostrorum hoc Deum
summa ut nihil nos ab illius amore et mandato
rum observatione divorcet, sed ad illum in quocunque
vitae statu tanquam ad commenem omnium parentem
vota nostra dirigamus spemque omnem in eo collo
cemus; a tunc erimus ex numero eorum in quorum
persona loquitur Apostolus Romanorum c. 8º v.
24 dum dicit quis nos separabit a Charitate Christi,
tribulatio an angustia, an fames, an nuditas, an
periculum, an persecutio, an gladius &c.

De officio hominis erga se ipsum.

A l'amore dei manat amor proximi: nemo aut
em magis cuiquam quam sibi ipsi conjunctus sit;
quapropter unusquisque secundum deum se diligere
tenetur, ita tamen ut vitam suam pro amore dei,
si opus fuerit, profundere sit paratus. qui enim
amat animam suam perdet eam, et qui odit anim
am suam in hoc mundo, in vitam æternam
custodit eam inquit scriptura. jam vero homo
se diliget dilectione utili et honesta, si abjecerit omn
em abundantiam malitiæ, se immaculatam ab hoc
seculo custodierit. quæ in re sui corporis et animi facul
tates atque affectiones summa cum attentione
debet componere; cum enim nemo sine vitiis nasca
tur, in his, si non penitus vellendis, saltem cæcendis
hunc hæc totum oportet.

1.° Corpus necessariis non superfluis passendum
alimentis, ne in labore deficiat, aut inductorem
suum scilicet animum insolentius efferatur. in
iis vino parce utendum; nam proverbiorum c. 20. v. 1.
luxuriosa res vinum et tumultuosa ebrietas, qui
cumque his delectatur non erit sapiens. itaque nunc
quid suggerat gula sed quid natura requirat atten

dendum est quod si soli necessitati subvenire studuerimus
modum non excedemus ~~[illegible]~~ quam, sed intra praestitutos
fauces et sitis limites permanebimus.

2.° Nec molliter curandum est corpus, nec frangendum
sed labore et exercitatione, illius vires sunt corroborandae
et fovendae; nulla enim pestis est faedior et perniciosior
quam mollitia et desidia, quae non tantum corpus
inficit et corrumpit, sed ipsam quoque mentem veluti
contagio polluit et in omne vitiorum genus praecipitat.

3.° Singulis sensibus praesertim oculis et auribus quaedam
ponenda est custodia; quae enim per oculos et aures subeunt,
haec altius in cerebro relinquunt et imprimunt vestigia
quibus affectus animi vehementer excitantur, quos quidem
affectus postea non nisi summa cum difficultate com
pescere possumus. quapropter juvenibus haec praecipue in
cumbit cura, ut ab omnibus pravis congressibus se tueantur
et caveant; cum enim in iis vigeant affectus et sanguis
magis ebullit, ex visis et auditis repente inflammantur
atque in vitia praecipites ruunt.

4.° Cum operam et studium impellere quivis tene
atur, ut vitiis omnibus, quaecumque per sensus irruere
possunt, viam praecludant; mentem virtutibus et disci
plinis exornare debet, ut his adjutus et se et suum corpus
, quod ipsius regimini subjicitur, facilius regerere
et moderari valeat.

attamen spectanda est cujusvis hominis conditio, neque
enim sedem diversos homines decent: aliud enim est
studium et officium mercatoris, aliud judicis, aliud
agricolae vel fabri, aliud hominis privati, aliud
denique publici. in his autem omnibus sectanda est
illa aurea mediocritas quae tanto pere commendatur,
sive in judicio quod quisque de se fert, sive in moti
bus et gestibus, sive in vestitu et ornatu, sive in mensa
et ferculis. itaque nec splendidius, nec sordidius
vivendum, sed quisque natales, fortunam et facul
tates suas spectare debet, ut in victu, aedibus, supeller
tili et externo corporis cultu modus constituatur. denique
id semper sit nobis in animo, sua esse cuique vitae generi
adjuncta commoda et incommoda: unde in qua voca
tione quisque vocatus est in ea permanere debet, quem
admodum monet apostolus.

5.° Si unquam alias, praesertim in eligendo vitae gen
ere maxima opus est prudentia. requidem ipsa illud
vitae genus eligere quod nobis congruum sit operis certe
divini, non humani esse videtur. difficultatem etiam
auget quod in firma adhuc aetate ille conditionis electus
habendus sit. in lunte enim, inquit Cicero adolescentia
cum inest maxima imbecillitas consilia, tum id sibi
quisque genus aetatis degendae constituit quod maxime
adamavit; itaque ante implicatur aliquo certo

genere cursuque vivendi quam potuit quid esset optimum judicare. in eo igitur negotio enixe implorandum est caeleste auxilium, ut quod deo placeat et quod nobis conveniat exploratum habere possimus. deinde adhibendi sunt in consilium amici, non quilibet sed hi in quibus inest melior sensus, pietas et longo rerum usu confirmata prudentia.

De Economica.

Economica sic dicta fuit a vocibus graecis aucos domus et nomos lex, quia agit de constitutione et administratione rei domesticae, id est familiae.

Familia definitur societas plurium hominum in eodem edificio viventium ad mutuum vitae subsidium. nam homo sibi non sufficiens aliorum indiget industria ad ea comparanda quae natura ipsi denegavit, et quae necessaria sunt ad vitam humanam instituendam et conservandam. hujus generis sunt v.g. victus vestitus et institutio.

Quod pertinet ad victum, cum homo inter animalia acceperit corpus delicatissimae constitutionis, nempe ut esset auspicium mentis humanae magis consentaneum majori opus fuit ciborum preparatione ut corpus illud nutrimento conservaretur; quod quidem ad nutriendas bestias minime necessarium videtur. talis porro ciborum apparatus commode fieri non

 potuit, nisi pluribus in eadem domo commorantibus.
Quod attinet ad vestitum, quamvis deus cæteris animantibus dederit quo tegerentur, v. g. lanam ovibus, plumas avibus, squammas pissibus, simile vestimentum denegavit homini, concessis tantum ratione et manu, ut sibi excogitaret et pararet vestimenta. jam vero hæc vestimentorum præparatio fieri non potuit nisi pluribus una cum viventibus.

Denique quod spectat ad traditionem et institutionem, sic deus cætera animantia edocuit ut nullo duce sibi consulant et suis provideant rebus: aranea, nullo docente suam texit telam; aves suos construunt nidos; homo rationis et libertatis compos præceptore indiget ut relicto bono duntaxat ementito, illud quod revera bonum sit eligat: hæc autem fieri non potuerunt sine societate.

Jam vero officia in familia adimplenda triplicis sunt omnino generis, scilicet vel conjugum inter se vel parentum et liberorum, vel dominorum et servorum.

De regulis conjugii

Prima conjugii regula hæc est, conjugium generi humano, non autem cuilibet homini necessarium sit, quia quamvis conjugii beneficio

Species humana conservetur et Ecclesiæ nascantur filii, attamen potest hæc causa abstinendi a nuptiis, scilicet in facilius possimus vacare iis, quæ domini sunt, juxta illud Apostoli, qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt.

2.a Regula Conjugii est ætas ad Conjugium apta. hæc ætas dicitur pubertas, quæ in fœmina incipit anno 12. et in masculo Anno decimo quarto, nisi quid insolitum impediat. attamen solent improbari Conjugia eorum qui statim a pubertate matrimonium contrahunt quod hæc Conjugia proli futuræ sæpius noceant.

3.a In delectu Conjugis habenda est ratio 1.o bonorum animi, nempe virtutis probitatis sapientiæ et industriæ; deinde bonorum corporis nempe sanitatis et pulchritudinis; denique bonorum externorum famæ generis &c.

4.a Finis Conjugii debet esse non solum voluptatum moderatio et generis humani propagatio sed etiam mutuum viri et uxoris in adversa fortuna subsidium. hæc enim est a Deo concessa mari et fœminæ indoles atque natura ut ad omnia præstanda parem non habeant virtutem et industriam. ille animo et viribus præstantior injurias propulsare et labores ad vivendum necessarios sustinere debet. hæc vero inferior ad custodiam domus et liberorum educationem aptior est.

5.a Vir plures habere non debet uxores; quamvis hunc hæc consuetudo apud quosdam Ethnicos vigeat

quamvis id etiam in veteri testamento licitum fuerit
minimum ad propagationem filiorum Dei attamen
rationi magis congruum esse videtur ut vir unus unam
duntaxat habeat uxorem; 1.º quia ab initio masculum
et fœminam adamum sulicet et ævam creavit
Deus et conjunxit; 2.º quia summa debet esse conjugum
concordia et mutuus amor, qui subsistere et permanere
non potest si vir unus plures habeat uxores. hinc
enim jurgia et quærelæ frequenter exurgunt. 3.º quia
multitudo uxorum libidinem hominis accendit et
illius judicium subvertit juxta illud scripturæ depravatum
est cor Salomonis ob uxores alienigenas, ut sequeretur
deos alienos. 4.º denique quia id vetatur lege
Evangelica. hinc apostolus unusquisque suam uxorem
habeat, et una quæque suum habeat virum.

6.ª Conjugium legitime celebratum quandiu
conjuges vivunt indissolubile manet. enim vero vel
conjuges prolem habent, vel carent prole. si 1.um,
tandiu tenentur conjugii vinculo, quandiu manet
proles; si 2.um, fides conjugii nec ad certum tempus
data indissolubilem reddit nexum, neque unius derata
habendæ prolis cupiditas fidei conjugali hanteponenda.
hinc illud scripturæ, quod Deus conjunxit homo non
separet.

Dices habetur in decretalibus, Ecclesia facit divor-
sia; et apud mattheum C. 19. quicumque dimiserit
uxorem nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœ-
chatur; ergo matrimonium non est indissolubile.

Respondeo 1.° locum decretalium non esse intelligendum de vinculo conjugali, quasi illud vinculum non
esset indissolubile. sed quia Ecclesia declarat vinculum
propter impedimenta ut loquuntur dirimentia, nul-
lum unquam fuisse; vel quia Ecclesia justis de causis
consuetudinem conjugum impedit. 2.° verba Ex C. 19.
Matthei non probant fornicatione dissolvi vinculum
conjugale, cum Christus addat qui dimissam duxerit
mœchatur. nam Christus ad hanc Pharisæorum quæs-
tionem licet ne homini dimittere uxorem quacumque
de causa? respondere volens ait non propter aliam
causam quam propter fornicationem dimitti posse
uxorem quæ tamen dimissa remanet semper vinculum
conjugale.

7.a Uterque conjux indolem conjugis scrutetur
et inquirat, ita ut, si fuerit difficilis patienter ferat;
conjugem ad virtutem tum suasione tum exemplo
excitet: conjugi quocumodo laboranti semper et ubique
subveniat; propterea hunc fuit institutum matrimo-
nium.

8.a Denique maritus consilium uxoris semper audiat, sed raro sequatur, praecipue si res sit magni momenti; licet enim solertior in quibusdam mulieribus vigeat, in his tamen vix occurrit rectum et sanum consilium cui nihil malitiae mulieris sit admixtum maritus secretor, quae nullius sunt momenti uxori communicet in signum suae erga uxorem bene volentiae, secus si magni fuerit ponderis, nisi longo usu noverit uxorem suam prudentem hic; quia in muliere, quae sit laudis et gloriae, plusquam dici potest, avida, incredibilis sit ardor communicandi arcani quod sibi commissum sit.

De Regulis Parentum

Quaedam sunt regulae, quas observare debent parentes erga suos liberos, praecipuas attingemus.

1.a Regula. ne fas sit mutilum et depravatum foetum interficere. horrenda enim sit et inimanis aristotelis opinio, qui sensuit foetus distortos et mutilos, ubi primum in lucem prodierere medio hic tollendos, quasi parentibus, et reipublicae oneri futuros. nam quamvis licet amputare luxuriae stirpes atque catulos cum numero sunt plures abjicere attamen ne fas sit homines trucidare quorum Deus est absolute Dominus.

2.a matres ipsæ quantum fieri potest, debent proprio lacte liberos nutrire, nec alienis uberibus alendos amandare; 2um enim omnes naturæ leges, ejus est corpus alere, cujus est gignere. deinde mater debet infantem lactare ad consiliandum tum quo liberi suos parentes prosequi tenentur amorem; experientia enim constat nutrices vehementer adamari ab infantibus. denique lacte alieno sæpe afferuntur ægritudines et optima infantis indoles corrumpitur, ut patet in is qui famis lacte nutriuntur.

3.a Fuer a servorum consortio, quantum fieri potest, avellatur; sicut enim figuras quaslibet admittit cera, ita infans bonis et malis moribus facile imbuitur, a quibus postea difficile recedit. huic illud Scripturæ Proverbiorum C. 22 V. 6.o adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. huic illud horatii, quo semel hic imbuta recens servabit odorem testa diu.

4.a infans doceatur 1.o sa, quæ ad naturam et cultum Dei pertinent; 2.o quæ spectant ad observationem et venerationem parentum atque eorum, qui parentum locum obtinent

5.a mutetur puerorum institutio pro diversitate sexus fortunæ et professionis: aliter enim filius aliter filia instituit debent; aliter nobiles aliter rustici.

 si vero pueris instituendis aliquem prefici oportuerit eligantur viri pietate et doctrina praestantes qui verbis et exemplo pueros sibi commissos ad virtutem et pietatem excitent filiis vero, filiabus praeponantur foeminae

Praeceptor seu pedagogus advertat cum quibus adolescens sibi commissus societatem ineat. Videat ut victu sit temperatus, gestu et vestitu modestus, aliquando ludis honestis relaxet animum; praesertim in eo totus sit ut adolescentis ingenium pulchre calleat

Mulier cui demandata sit filiae cura hanc edoceat juxta illud Sancti Ambrosii non circumcursone per alienas aedes non demorari in plateis non in publico miscere sermones; sic enim illum amitteret, qui in foeminea sexu maxime laudabilis sit pudorem; sed in primis nunquam eam patiatur hic otiosam memor sacri illius contextus proverbiorum c. 1 trigesimo 1.o v. 23. ubi laudatur foemina quod quaesierit lanam et linum et operata fuerit consilio manuum suarum.

De regulis Dominorum.

Necessaria sit dominorum et servorum societas ut res familiaris administretur; nam in familia plurima occurrunt officia quae nec

parentes vel liberos decem et quae proinde servis
exequenda relinquuntur

Verum servus tribus modis dicitur servus nimirum
natura emptione et mercede

Servus natura is est, qui tum debili et obtuso reperitur
hic animo, ut nec se, nec alios regere valeat attamen
viribus corporis potens, aptus est ad aliquid moliendum.

Servus emptione is vocatur, qui jam non habet in
suam libertatem; tales fuerunt servi apud Etnicos.

Servus mercede ille appellatur qui servata liber
data suam vendidit operam, unde vocatur merce
narius; tales sunt apud nos famuli, qui ad unum
aut plures annos conducuntur. de ejusmodi servis
hic tantum agitur.

1.a Regula in delectu servorum inspicienda hic
praesertim indoles; enim vero qui maxime sunt
animosi, ii sunt gubernatu difficiles; qui valde
sunt ignavi, nihil quidquam sustinere possunt.
quare operae pretium hic eos eligere, qui nec elato,
nec abjecto nimis sint animo: tum horum institu
tioni diligenter invigilandum hic vehementer enim
lugendum quod plerique famulorum apud dom
inos Christianos gentiliter vivant ignari priorum
Religionis creatae elementorum cujusquidem neg
ligentiae

gravissimas poenas daturi sunt domini unde Apostolus qui familiae suae et domesticorum suorum curam non habet fidem negavit et infideli est deterior.

2.a ut imperium domini in servo non sit nimis austerum juxta illud Apostoli, et domini bona facile illis nimirum servis remittentes minas scientes quia et eorum et vester dominus est in coelis, et personarum acceptio non est apud deum: neque etiam debet esse nimis benignum imperium domini, alioquin servus superbus fieret et insolens et nimia domini facilitate abuteretur, juxta illud proverbiorum c. 29 v. 21 qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sensit eum contumacem. prudentis ergo domini est cognita servi cujuslibet indole, cum hoc durius cum illo mitius agere, ita tamen ut semper adsit humanitas, nec ullum unquam cum servis dominus jocum habeat.

3.a Secreta temere non debent committi servis; monet enim sapiens proverbiorum c. 25 v. 9.o causam tuam tracta cum amico tuo et secretum extraneo ne reveles: servus autem est extraneus.

De Politica

Politica dicitur a nomine græco polis Civitas, quod tota sit in præscribendis regulis et institutis, quæ pertinent ad regimen Civitatis et reipublicæ.

Tres distingui debent regendæ reipublicæ rationes simpliciores, ad quas regimen omne revocatur.

1.a Dicitur monarchia, quando summa potestas ad unum duntaxat delata sit; et tunc qui preest, appellatur monarca, Rex, Imperator.

2.a dicitur Aristocratia, sive Timocratia, quando Civitas administratur a paucis, iisque virtute et dignitate Claris viris, qui reipublicæ magis quam suo commodo Consulum.

3.a Appellatur Democratia seu plebea authoritas, quando Civitas administratur a Consilio quodam in quo quilibet populo jus habet suffragii

Quæritur quænam sit his optima sit imperii forma.

Respondeo omnibus regiminis formis anteponendam hic monarchiam, sive pax et concordia populorum, sive subernandi ratio spectetur; si quidem ubi unicus sit rerum dominus et arbiter, ibi nullus fere locus discidiis et factionibus; omnes in officio

continentur ab uno cui cum eadem sit voluntas, non multiplex ut tum accidit cum plures eidem administratione praeficiuntur aequali, semper tenore cuncta geruntur et administrantur; quemadmodum universus orbis ab omnipotente deo constanti semper modo movetur ac regitur.

Quaeritur 2°. utrum satius sit rem publicam ab optimo rege administrari quam optimis contineri legibus.

Res. affirmative nam quantum vis bona supponatur mutata sit et inanimata generatim duntaxat imperat honesta et prohibet contraria in dubiis et difficilioribus interrogari non potest, exemplo non preit nec exortationibus atque consiliis adjuvat; contra vero princeps optimus ut pote justus et prudens non generatim tantum sed habita ratione temporis loci, ceterorumque adjunctorum honesta praecipit et contraria prohibet. denique subditi qui plus credunt oculis quam auribus, quando videm principem quem naturaliter diligunt et venerantur non solum verbis sed etiam factis ad virtutem excitantur vehementius juxta illud ,, Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Q. 3°. utrum viro potius quam foeminae conveniat imperium

Res. affirmative, quia in viro principe major reperitur

prudentia quam optimum de rebus agendis capiat consi
lium major constantia quam illud consilium sequatur
major denique fortitudo, quam hostibus tum civilibus
tum externis terrorem injicere itaque resistere valeat
mulieres vero saepe prudentia in suscipiendis consiliis
et fortitudine in sequendis carent.

Dices multae feminae feliciter regna et provincias
administrarunt, ergo &c.

Respondeo non nullas quidem feminas feliciter
imperasse; sed si forte quandoque contigit ut imperium
mulieris non fuerit infaustum id potius acceptum referri debet
virorum consiliis quam mulierum sapientiae et for
titudini. quamquam enim ad leviora negotia
sufficiant mulierae gravioribus succumbunt.

Q. 4.° utrum imperium hereditarium praestet electivo.

Res. ita hic quia in electione regis plures oriuntur
seditiones et bella civilia quemadmodum contigit
superiori seculo in Polonia. 2.° in gubernatione imp
erii hereditarii sic se gerit princeps ut pater familias
in administratione hereditatis propriae. fovet et adm
inistrat regnum ut bonum majorum suorum trans
mittendum nepotibus. 3.° denique cum jure natali
tio successor regnum iniit perseverare debet in iis;
qui de regno bene meriti sunt, spes mercedis et in
iis qui male, timor penae; quae omnia reipublicae

maximas afferrunt utilitates ergo regnum hereditarium prestat electivo.

Dices plurima incommoda sequuntur monarchiam hereditariam ergo non est praestantior.

Respondeo plurima quidem incommoda ex regno hereditario sequuntur sed multo potiora quam ex electivo. nam nulla est regiminis species etiam optima, quae cum suis commodis et utilitatibus multa non habeat admixta incommoda, sed stulta ut supra diximus reperiuntur utilitates et pauciora incommoda in hereditario quam in electivo.

Jam vero cum princeps omnia reipublicae munia per se obire non possit ministros et consiliarios habeat necesse est, plus enim videt oculi quam oculus.

Exaritur quae nam hae debeant ministrorum et consiliariorum dotes.

Respondeo 1.° Consiliarius sit legum et historiarum externarum quam domesticarum peritus, ut ex lege et facto quid ad reipublicae salutem agendum et vitandum sit inferre valeat. 2.° sit fidus et secreti tenax atque imitetur eos de quibus loquitur valerius maximus his verbis, fidum hoc et altum reipublicae decus silentii salubritate munitum et vallatum... itaque non dicam unum, sed neminem audiisse

crederes quod tam multorum auribus commissum fueron. 3.º Consiliarius sit verax, non adulator semper salutaria suggerat sive in bello sive in pace nec considerare debet quid magis arrideat, sed quid magis expediat vel principi vel populo; sicque suum tenetur implere officium ut semper dei honori principis gloriae patriae splendori et populorum saluti consulat.

Q. an liceat bellum inter Christianos gerere.

Res. bellum posse licite geri inter Christianos, 1.º pro patriae et relligionis deffensione. 2.º pro asserenda publica libertate, 3.º pro tuenda principis ~~legi~~ lesi dignitate. haec omnia justam praebent belli gerendi materiam.

Et certe si bellum foret per se malum, professio militaris haec etiam mala: atqui militaris professio non est per se mala nec contraria sanctitati relligionis Christianae, ut patet ex responso joannis baptistae qui consultus a militibus quid essent facturi non ipsos a conditione sua et vitae genere deterruit, sed duntaxat exhortus est ut stipendiis suis essent contenti hinc est quod in exercitibus imperatorum romanorum reperti sint plurimi milites sanctitate conspicui qui pro Christi fide sanguinem fuderunt; ergo &c

Dices bellum vulgo numeratur inter flagella Dei et bellatores solem perpetrare multa mala, ergo &c.

Ego consequentiam licet enim bellum sit revera Dei flagellum seu instrumentum quo Deus utitur ad puniendos homines, potest tamen fieri ut illud instrumentum sit bonum quamquam multa a bellatoribus perpetrentur scelera, enim vero mercatores judices sacerdotes multa crimina admittunt nec tamen mala sit mercatura &c.

Ins. matthei c. 27 v. 52 omnes qui acceperunt gladium gladio peribunt, ergo bellum damnatur inter Christianos.

Ego consequentiam. ille enim duntaxat ad sensum scripturae accipit gladium ut sancto Augustino L. 22 contra faustum capite septimo qui nulla superiori ac legitima potestate vel jubente vel concedente in sanguinem alicujus armatur id autem dici non potest de republica et rege qui superiorem et legitimam habeat potestatem.

Quaeritur utrum bellum possit esse justum ut utraque parte.

Res. bellum ut utraque parte posse videri justum intima scilicet animi persuasione et ratione in supremo reipublicae consilio ponderatis, quod sufficit ad

bellum juste gerendum nam in ejusmodi occasionibus
sola ratione et conscientia ducuntur homines ad agendum
itaque si intima animi conscientia persuasum habent
nihil se rationi et justitiæ contrarium agere in sua
dendo bello, possunt in bellum consentire: id autem
ex utraque parte nihil veton accidere, etiam inter
principes Christianos.

Verum in bello gerendo id meminerint principes,
pacem debere semper esse cujuscunque belli finem.
pax enim expedit non solum victis, sed etiam victo
ribus; 1.º victis, quia præstat aliqua honesta conditio
ne bellum pace finire, quam post multa certam
ina de regno in servitutem cadere; 2.º victoribus
pax etiam expedit; præterea quamquam huius incerti
sunt exitus armorum, princeps qui victoriam pugnæ
in manibus habens pacem facere non recusat, osten
dit se et juste bellum suscepisse et recte finire.

hæc sunt quæ habuimus dicenda generatim de
actibus humanis quæ omnia utinam dicta sint
ad vestram utilitatem et majorem dei gloriam.

Finis Ethicæ

375 (penult.)

g.

20

2 vol.

Really iv + 220 + 356 pages
for pp. 79-99 of the 2nd pagination
are 1.